Ad 2m illa auctoritas eſt explanata. Ad aliud dicendū ꝙ illa ratio nō ꝓcedit: qꝛ nō ſequiť ſi aliqd ꝑdicať de deo qđ nō ſemꝑ ꝑdicabať ꝙ ipſe ſit mutatꝰ. Nec eñ ꝓpoſitio/ aliqd cōuenit deo qđ nō ſemꝑ cōuenit/ duas cauſas veritatis habet: quarū vna eſt/ ſi deꝰ mutatus eſt vera eſt ꝓpoſitio. Scđa eſt/ ſi aliqd mutatū eſt ad ipm iterū vera eſt/ ꝛ tunc non ſequiť ꝙ ipſe ſit mutatꝰ ſed ꝙ aliqd ſit mutatū ad ipſum. vn̄ in argumentatiōe illa eſt pctm̄ cōſequētis: ꝛ eſt inſtantia de deus eſt in hac aīa creata mō eſſentialiť/ ꝑſentialiter ꝛ potentialiť ꝛ nō ſemꝑ in fuit: ġ eſt mutatꝰ: ita ē etiam hic. pꝛeter hoc ſequiť ꝙ eſt cū hoīe xp̄o ꝑ vnionē.

Ad 3m et 4m Ad aliud dicendū ꝙ cū diciť deus eſt homo/ li homo ꝑdicať eſſentialiter. Et ad hoc intelligendū ē q̄ddam ꝙ cum diciť/ deus eſt homo vľ filius dei eſt homo ſubijciť iſte terminꝰ deus gratia ſuppoſiti ꝛ non gratia ſignificati ꝑ terminū: ꝛ hoc cogente ꝑdicato/ vt infra ꝓbať/ ſicut cū diciť/ homo currit virtute ꝑdicati iſte terminꝰ homo ſtat ꝓ ſuppoſito cui cōuenit curſus: ita cum diciť/ deus eſt homo/ virtute pꝛedi

Obiectio cati ſtat iſte terminꝰ homo ꝓ ſuppoſito. Et ſi obijcitur ꝙ eſt contra artē ꝙ ꝑdicatū eſſentiale cogat terminū ſtare ꝓ ſuppoſito: qꝛ ꝑdicatū eēntiale notat cohērentiā ad ſignificatū pꝛimo ꝛ ad ſuppoſitū ꝑ cōſequens: cū eñ dico/ ſoꝛtes eſt animal/ nō diciť ſoꝛtes

Solo eſt anīal niſi ꝑ hoc ꝙ eſt homo. Si inquā ſic obijciatur reſpōdeo ꝙ hoc verū eſt in illis ꝑdicatis q̄ ſumūtur a foꝛma totius q̄ eſt genus vľ ſpēs vľ differētia reſpectu ſubiecti: hoc aūt ꝑdicatū homo/ cū diciť/ deus eſt homo/ nō eſt tale ꝑdicatū ꝙ ſit eſſentiale ſubiecto eo ꝙ ſit genus/ ſpēs vel differētia/ ſed eſt eſſentiale vt factū eſſentiale ꝑ aliud. ꝛ ideo cogit ſubiectū ſtare ꝓ eo in quo facta eſt vnio que facit ipm ꝑdicatum eſſentiale/ ꝛ ſic ptꝫ ꝙ nō ſequiť ꝙ poteſt ſtare ꝓ quolibet ſuppoſito: immo nō appellabit niſi ſuppoſitū illud in quo vnio eſſentialiť facta fuit/ ꝛ tunc nō ſequiť/ ergo pater eſt homo vel ſpūſanctꝰ eſt homo.

Ad 5m. Ad aliud dicendū ꝙ ipm reduciť ad ꝑdicatū eſſentiale nō cōuerſum/ ſed rōne iam dicta nō poteſt inferri/ omnis deus eſt homo/ etiā ſi grāmatica admitteret hanc/ omis deus: qꝛ in ſcđa diſtin. pꝛimi ꝓbatū eſt ꝙ li deus nō recipit ſignū diſtributiuū vel particularē vľ pluralē numerū. Ad aliud dicendū ꝙ hec eſt falſa ſimpliciť dicēda/ deus eſt creatꝰ/ ꝛ deus eſt creatura niſi addať determinatio/ vt infra docebit mgř diſtin. xj. nec eſt ſimile cum diciť/ deꝰ eſt homo: ꝛ homo eſt creatura: ꝛ deus eſt creatura/ licet homo eſt creatura/ tñ homo de intellectu ſuo nō impoꝛtat aliqđ cōtrariū ſignificato huiꝰ termini deus/ q̄nimmo impoꝛtat de intellectu ſuo vnibile diuine nature ꝛ deitati: ꝛ per hoc cogit hūc terminū deꝰ appellare ſuppoſitū filij/ vt dictū eſt pꝛius: ſed iſte terminus creatus vel factꝰ vel creatura de ſuo intellectu impoꝛtat hoc qđ eſt cōmune trinitati: qꝛ facere creare ſunt opera eſſentie: ꝛ ideo reſpiciūt hunc terminū deus grā ſignificati: vn̄ oppoſita ponunť circa idē: ideo locutio eſt falſa/ nec valet ſi creaturā eſſe ſequiť vniuerſaliť ad hoīem eſſe ꝙ ꝓpter hoc de quo in aliquo caſu ꝑdicať homo: ꝑdiceť etiam creatura ꝓ factura ſimpliciť. Et hoc ideo: qꝛ homo nō ꝑdicať gratia ſui ſed gratia vnionis facte/ non enim habet iſte terminꝰ homo a ſuo ſignificato ꝙ ſit deus/ ſꝫ potius ab vnione facta in hypoſtaſi. Ad aliud dicendū ꝙ Ad 6m

cū đř deus eſt homo/ nō eſt ꝓpoſitio alicuiꝰ quantitatis: ꝛ hoc cōtingit ꝓpter naturā huiꝰ termini deꝰ q̄ nec dicit vniuerſale nec ſingulare: ꝙ aūt vniuerſale nō dicat patet: qꝛ vniuerſale ē in multis per intentionē ꝛ diuiſum ab illis ꝑ eſſe: deus aūt habet ſignificatū q̄dem cōicabile pluribꝰ/ ſed ſingulare in eſſe: qꝛ tres ꝑſone ſm deitatē habēt idem eſſe. Qꝫ aūt nō ſit ſingulariſ ptꝫ: qꝛ nullū ſingulare ē cōicabile pluribus/ nec re nec rōne: ġ nō poteſt dici ꝙ ſit alicuius q̄ntitatiſ ꝓpō/ nec indefinita eſt: ꝛ iō nō ꝓcedūt rōes de ꝑticlāri ad infinitā. ne tñ videamur fugere rōnē dōm ꝙ hec ē vera/ deꝰ eſt hō: ꝛ hec ē falſa/ deꝰ nō ē hō Sic eñ dicit Boeꝰ/ Talia ſunt ſubiecta q̄lia ꝑdicata ꝑmiſerint: ꝛ hoc tenet ſꝑ quo ad hoc ꝙ ſubiectum cogiť a ꝑdicato ſtare vľ ꝓ ſubiecto vľ ꝓ ſuppoſito vľ ꝓ vtroqꝫ. Cum eñ diciť/ homo currit/ ſemꝑ ꝑdicatū cogit ſubiectū ſtare ꝓ ſuppoſito/ ꝛ ſimiliť in negatiua qñ đř/ homo nō currit: ġ ſimiliť cum diciť/ deꝰ eſt homo: cū ꝑdicatū nō ſit eſſentiale ſubiecto ꝑ naturā/ ſed ꝑ vnionē que facta eſt in hypoſtaſi cogit ſubiectū ſtare ꝓ ſuppoſito in quo facta ē illa vnio: igitur ſi negeť negabiť rōne eiuſdem hypoſtaſis: qꝛ nō reſpicit aliam niſi illā in q̄ facta eſt vnio: ġ ille due/ deus eſt homo/ ꝛ deus nō ē homo nō opponunť niſi ſicut affirmatio ꝛ negatio circa idem: cum igiť hec ſit vera/ deus ē homo/ hec erit falſa/ deus nō eſt homo.

Ad. q. 2am

Ad hoc aūt qđ obijciť ꝙ ꝑdicata nō reſtringūt ſubiecta. Dōm ꝙ licet nō reſtringant in numero ſuppoſitoꝝ/ reſpiciūt tamē gratia ſignificati vľ ſuppoſiti: ꝛ cogunt ſtare ꝓ ſignificato vľ ſupponere/ ſicut patꝫ in his/ homo ē digniſſima creaturarū: ꝛ homo ē animal: ꝛ homo currit/ in quibꝰ omībꝰ ſubiectū reſpiciť a ꝑdicato: ꝛ ꝓpť hmōi reſpectū cogiť habere ꝑſonalem vľ nō ꝑſonalē ſuppoſitionē: ꝛ ita ē in hac locutione/ deus eſt homo/ pter hoc ſolum ꝙ ex natura ſignificati hoc non habet ꝑdicatū iſtius locutiōis/ ſed ex vnione que facta eſt in hypoſtaſi vna tm̄: ꝛ ideo non reſpicit ſubiectū niſi tm̄ gratia illiꝰ/ ꝛ in negatiua ſimiliter. Et eſt ſimile/ ſicut ſi ponamꝰ vnū ſolū eē ſymū/ ſicut cum diciť/ homo ē ſymꝰ/ vera eſt locutio/ ꝛ reſpiciť ſubiectū gratia vniꝰ illius/ ꝛ appellat illū/ ad obiectōs pꝛimā.

⁊ ꝑ illo reddit locutionē verā: ꝙ vero verificaꝝ hec/
homo nō eſt ſymꝰ: hoc cōtingit ideo: qꝛ nō reſtringi
tur homo. ⁊ in alio eſt ſm aliud eſſe qđ nō eſt in deo/
Ad.q.3am vel in ſignificato huiꝰ termini deus. Ad aliud dicē
dū ꝙ cū diciꝝ/ deus eſt homo/ ꝓpoſitio eſt in materia
naturali/ ſed dupliciꝝ eſt aliq̄d in materia naturali:
ſcꝫ ex coherentia naturali terminoꝝ quā habēt ex oꝛ
dine ſuoꝝ ſignificatoꝝ adinuicē/ ⁊ ex alio faciēte co/
herere ſubaliter q̄ ꝑ naturā ſunt abinuicē ſeꝑata/ et
ſic eſt hic: vñ etiā huiꝰ ſil'e in natura inueniri nō pōt.
Ad.q.4am Ad aliud dōm ꝙ nō eſt p̄dicatio ꝑ cauſam ſꝫ ꝑ eſſen
Ad.q.5am tiam/ vt dictū eſt. Ad id qđ vlteriꝰ queriꝝ de con/
uerſis. ſ. hac/ homo eſt factꝰ deus/ videꝝ q̄buſdā non
eſſe ꝯcedēda eo ꝙ ſequi videꝝ/ hō factꝰ eſt deꝰ/ ⁊ ali/
quis homo factꝰ eſt deus/ vel ḡ vnꝰ factꝰ eſt deus/
⁊ ita ambe impꝛobate ſunt in diſtinctione p̄cedenti.
Sed videꝝ mihi ſine p̄iudicio loquēdo ꝙ mgr̄ cōce/
dit eas: ⁊ etiā Augꝰ ponit eas: ⁊ ideo ſub diſtinctio
ne recipi poſſunt/ homo factꝰ eſt deꝰ/ ita ꝙ li factus
deꝝminet li hō/ vt ſit ſenſus/ hō factꝰ eſt deꝰ .i. hō q̄
factꝰ eſt/ ⁊ ī hoc ſenſu nō opoꝛtet ꝙ hō p̄extiterit: qꝛ
ſuū factū eſſe cū ſuo vnitū eē fuit ſil': ⁊ ſuū fieri cū ſuo
fieri vniti fuit ſil'. Sil'r ſi li factꝰ referat ad aliq̄đ ſub
intellectū extra ꝓpōnē/ vt ſit ſenſus/ factū ē ꝙ homo
eſt deus: id eſt aliq̄d factū eſt. i. vnio ꝙ homo deꝰ eſt
Ad p̄mū vera erit. Ad pꝛimū ḡ qđ cōtra obijciꝝ dōm ꝙ hoc
obiectū. veꝝ eſt qñ fieri eſt ſucceſſiuū: qꝛ tūc factū eſſe eſt ī ter
mino mutatiōis/ ſed nō fuit ita in xp̄o/ immo ſimꝉ fa
ctū eſt totū virtute infinita ſp̄ūſſancti. Uel dicaꝝ ꝙ
ſi fieri diſtinguaꝝ ꝑ intellectū a factū eſſe tūc fieri nō
ponit hominē eſſe/ ſed potentiā hoīs ſolū q̄ mutaꝝ
ad foꝛmā hoīs/ ſed ſimul habeꝝ vnio ⁊ homo ad deū
⁊ ideo vtrunqꝫ remanet: qꝛ nō eſt vnio in terminū/
Ad 2m ob/ ſed potiꝰ in ſingularitatē ꝑſone p̄exiſtent̄. Ad aliđ
iectū dꝛ. dicendū ꝙ hoc nō eſt verū: qꝛ li homo non diciꝝ factꝰ
ſicut materia/ ſꝫ potiꝰ ſicut terminꝰ illiꝰ fieri qđ im/
poꝛtaꝝ ꝑ terminū vnionis: ⁊ illi ex ꝑte aſſumptiōis
ſubijciebaꝝ natura ⁊ terminata eſt vnio in hoīe ꝑfe/
cto vnito/ nō ita ꝙ ſucceſſiue factū ſit ibi tempe/ ſꝫ ex
Ad.q.6am ꝑte oꝛdinis naturalis pꝛiꝰ eſt aſſumere coꝛpꝰ ⁊ ani/
mā q̄ꝫ habere hoīem vnitū ꝑfectū. Ad id qđ vlteri
Ad obiectū us queriꝝ de iſta/ homo eſt deꝰ/ dōm ꝙ illa abſolu/
illius. te vera eſt. Ad obiectū aūt cōtra dicendū ꝙ in aliq̄
magis diſtant affirmatio ⁊ negatio in aliquo mag
deus et homo. Si em̄ attendaꝝ natura oppoſitiōis
inter ens ⁊ nō ens ſimpliciꝝ magis opponunꝝ affir/
matio ⁊ negatio q̄ꝫ deꝰ ⁊ homo: ⁊ ideo nō verificanꝝ
ſimul nec poſſunt/ deꝰ aūt ⁊ homo bñ poſſunt cōiū/
gi. Si aūt attendaꝝ ꝓpoꝛtio dignitatis inter extre/
ma tunc magis diſtat deus a quolibet creato q̄ꝫ af/
firmatio ⁊ negatio.

## Quoꝛundā ſententiā refert.

Alij em̄ dicunt in ipſa verbi incarnatione ho
minē quendā ex anima rōnali ⁊ humana car
ne cōſtitutū. Ex quibus duobꝰ omnis verus
homo cōſtituiꝝ: ⁊ ille homo cepit eſſe deꝰ: nō
quidē natura dei: ſed perſona verbi: ⁊ deus
accepit eſſe homo ille. Concedūt etiā homi=
nē illū aſſumptū a verbo ⁊ vnitū verbo: ⁊ tm̄
eſſe verbū: ⁊ ea rōne tradunt dictū eſſe deū
factum hominē vel eſſe hominē: quia deꝰ fa
ctus eſt: id eſt cepit eſſe quedā ſubſtantia ex
anima rōnali ⁊ humana carne ſubſiſtens: et
illa ſubſtantia facta eſt: id eſt cepit eſſe deꝰ:
nō tamē demigratione nature in naturā: ſed
vtriuſqꝫ nature ſeruata ꝓpꝛietate factū eſt
vt deus eſſet illa ſubſtantia: et illa ſubſtātia
eſſet deus. Unde vere diciꝝ deus factus eſt
homo: ⁊ homo factus eſt deus: ⁊ deus eſt ho
mo: ⁊ homo deus. ⁊ filius dei filius hominis
⁊ ecōuerſo. Cunqꝫ dicunt illū hominē ex ani
ma rōnali ⁊ humana carne ſubſiſtere: non ta
men fatenꝝ ex duabꝰ naturis eſſe compoſitū
diuina ſcꝫ ⁊ humana: nec illius ꝑtes eſſe du=
as naturas: ſed animā tm̄ et carnem.

## Auctoꝛitates ponit quibus muni unt ſuam ſententiam.

Et ne de ſuo ſenſu tm̄ loqui puteꝝ: hanc ſen
tentiā pluribus muniūt teſtimonijs. Ait em̄
Augꝰ in libꝛo de trinitate. Cū legiꝝ: verbum
caro factū eſt: in verbo intelligo verū dei fi=
lium. in carne agnoſco verū hoīs filium: ⁊
vtrunqꝫ ſimul vnā ꝑſonā deum ⁊ hominē in=
effabilis gratie largitate cōiunctū. Idem in
ench. Chꝛiſtus ieſus deꝰ de deo eſt homo au
tem natus eſt de ſpirituſancto ex maria vir=
gine. Utraqꝫ ſubſtantia diuina ⁊ humana fi=
lius eſt vnicus dei patris oīpotentis de quo
ꝓcedit ſp̄ūſſanctꝰ vtrunqꝫ vnꝰ: ſed aliud ꝓ=
pter verbū: ⁊ aliud ꝓpter hoīem: nō duo fi=
lij deus ⁊ homo: ſed vnus dei filius. Deus ſi
ne initio: homo a certo initio. Idem ī eodē:
Quid natura humana in xp̄o hoīe meruit
vt in vnitatē ꝑſone vnici filij d̄i ſingulariter
aſſumpta eſſet. Que bona voluntas: que bo
na oꝑa p̄ceſſerūt q̄bꝰ mereretꝝ iſte homo vna
fieri ꝑſona cum deo. Nūq̄d antea fuit homo
⁊ hoc ei ſingulare bñficiū p̄ſtitū eſt vt ſingu=
lariter ꝓmereretꝝ deum. Nempe ex quo ho=
mo eſſe cepit: nō aliud cepit eſſe homo q̄ꝫ dei
filius ⁊ hic vnicus: ⁊ ꝓpterea dei verbū: qꝛ ē
ab illo ſuſcepta caro: facta eſt vtiqꝫ deus: vt
queādmodū vna eſt perſona quilibet homo
anima ſcꝫ rōnalis ⁊ caro: ita ſit chꝛiſtꝰ vna ꝑ=
ſona verbū ⁊ homo. Idē ſuꝑ Iohem: Agno
ſcamus geminā ſubſtantiā chꝛiſti diuinā: ſcꝫ
qua equalis eſt patri: ⁊ humanā qua minoꝛ
eſt patre: vtrūqꝫ aūt ſimul nō duo ſed vnus
eſt xp̄s: ne ſit quaternitas nō trinitas deus.
Ac per hoc xp̄us eſt deꝰ: anīa rōnalis ⁊ caro
Idem quoqꝫ in libꝛo de p̄deſtinatiōe ſancto
rū: Ille homo vt a v̄bo patri coeterno ī vni=
tatem ꝑſone aſſumptus filius dei vnigenitꝰ
eſſet vnde hoc meruit: qđ bonū eius p̄ceſſit:
vt ad hanc ineffabilē excellentiā perueniret

Faciente ac ſuſcipiente deo verbo: ipſe ho-
mo quo eſſe cepit filius dei vnicus eſſe cepit
Item homo quicunq; ita gratia fit chriſtia-
nus: ſicut gratia homo ille ab initio factꝰ eſt
chriſtꝰ. Idē in libro. xiij. de trinitate Gratia
dei nobis in hoīe chriſto cōmēdaꝛ Quia nec
ipſe vt tanta vnitate deo vero cōiunctꝰ vna
cum illo ꝑſona filiꝰ dei fieret: vllis eſt p̄cedē
tibus meritis aſſecutus: ſed ex quo homo eē
cepit: ex illo eſt ⁊ deus. Vñ dictū eſt: verbū
caro factū eſt. Hylarius quoq; in. x. libro de
trinitate ait: Chriſtū non ambigimꝰ eſſe deū
verbū: neq; rurſus filium hoīs ex anima ⁊
corpe cōſtitiſſe ignoramꝰ. His aliiſq; aucto-
ritatibꝰ vtuntur: q̄ hominē quendā ex anīa
rōnali ⁊ carne compoſitū dicunt deū factū:
ſed gratia nō natura. Sola eñ gratia habuit
ille hō: nō meritis vel natura: vt eſſet deꝰ ſi-
ue dei filius: vt haberet omnē ſcientiā et po-
tentiā quam habet verbū: cum quo eſt vna
perſona. Nec tamē in ſuperioribꝰ legiꝛ ꝙ ho
mo ille ſit vna perſona cū verbo: ⁊ ſit ipſum
verbum: ſed etiam ꝙ anīa rōnalis ⁊ caro ea-
dem ꝑſona ſit ⁊ xp̄s ſit ⁊ deus.

B — Lij eñ dicūt in ipſa verbi incarnatione ⁊c.]
Pria opio — a — Hic mgr̄ aggrediꝛ primā opinionē: ⁊ ſic mi-
ons ples i — bi videꝛ hec opinio diuidiꝛ in duas ptes: in
ſevt hondiꝛ — quarū prima ponunꝛ ſue poſitōes. in ſecunda ſuaꝝ
poſitionū cōfirmatiōes ibi ſcʒ [Sed ne de ſuo ſenſu
tm̄ loqui putenꝛ] Nota ꝙ quattuor poſitiōes huiꝰ
opinionis poſſunt extrahi de lr̄a ex priori caplo: in
Pria opio. — quo poſitōes ponunꝛ. Quarū prima eſt ꝙ homo ſit
aſſumptꝰ: ⁊ hec extrahiꝛ ex hoc qȯ dicit mgr̄: Cōce-
2a poſitio — dūt etiā hominē aſſumptū a verbo. Scd̄a eſt ibi: ꝙ
vtraq; illarū ꝓpoſitionū vera ſit / deus factꝰ eſt ho-
mo ⁊ econuerſo: ⁊ hec extrahiꝛ ibi [Et ea rōe tradūt
3a — dictum deū eſſe hominē. Tertia ꝙ xp̄us ſit duo ſup
poſita ⁊ non tm̄ due ꝑſone: ⁊ hec extrahiꝛ de hoc qȯ
dicit in principio primi capli [Hoīem quēdā ex ani
ma rōnali] Et cōfirmaꝛ ꝑ auctoritatē Aug. vtrūq;
vnus: ſed alius ꝓpter aſſumentē deū / et alius ꝓpter
4a — aſſumptū hoīem. Quarta eſt ꝙ cum diciꝛ / deus eſt
homo vel hic homo: ſuppoſitū illud nō habet niſi du
as ſubſtantias in ſe. ſ. corporis ⁊ anime: ⁊ nō eſt ſub
ſiſtens ex tribꝫ: ⁊ illa extrahiꝛ in fine capli ibi [Cūq;
dicant illū hominē.] Hec eī poſitio quarta cauſa eſt
tertie q̄re dicūt xp̄m eſſe duo ſuppoſita: ⁊ iō etiā eas
hic coniunxi licet tertia de principio primi capituli
5a — ſumaꝛ. Ex his aūt ſequiꝛ quinta poſitio qua reſpon
dent queſtioni facte illi q̄ ſunt de iſta opinione: ſcʒ ꝙ
cum diciꝛ / filiꝰ dei eſt homo ꝙ p̄dicaꝛ ibi aliquid qꝛ
ſuppoſitū hoīs vnitū verbo ſiue filio dei: qꝛ ſuppoſi
tū eſt in duabꝫ ſubſtantiis: ſcʒ anime ⁊ corporis: hec
eſt ergo ſententia duorū capitulorū / que ponunꝛ in
prima parte diſtinctionis.

Arti. II — **Res nature cōſtituta ſuppoſitis hypoſta ſis: indiuiduū ⁊ ꝑſona quō differūt.**

Ed hic incidit queſtio de tribꝰ: Quorū p̄mū
f — eſt que differentia ſit inter rem nature / ſup
poſitū / hypoſtaſim / ſubam ⁊ indiuiduū ⁊ ꝑſonā: ſe-
cundū eſt in quo illoꝝ facta eſt vnio: ⁊ in quo non:
tertiū eſt vtrū hoc verū eſt ꝙ xp̄s eſt duo vel vnum:
⁊ que duo ſit ipſe xp̄s ſi duo eſt. Ad primū ꝓcediꝛ
ſic: Cū diciꝛ res nature intelligiꝛ dupliciꝛ: hoc eſt / — Pria dubitatio
res intenta a natura / ⁊ cōſtituta a nature actu: ergo — Res naꝛe.
res nature eſt illa q̄ ꝓpinquior ⁊ immediatior eſt ge-
neratiōi: cum ḡ generet ꝑ ſe hic hunc nō eſt res natu
re niſi aliq̄d cōſtitutū ꝑ actū generatōis in natura il
la. ſ. hoc aliquid / ⁊ hoc ē cōcedēdū. Ulteriꝰ cū diciꝛ — Suppōitū
Petrꝰ eſt homo: Johes eſt hō: ⁊ Thomas eſt hō cō
mune eſt eis qȯ eſt homo / ⁊ vna rōne eſt eis cōe: ḡ q̄-
libet illoꝝ ſilr̄em alii habet reſpectū ad naturā cōmu
nem q̄ ſignificaꝛ in hoīe. Ex iſta ḡ ſilitudīe reſpectꝰ
cauſaꝛ alia cōmunitas ꝓportiōis ad vnū ſcʒ ꝙ ſicut
vnus ſupponiꝛ nature cōi / ita ⁊ aliꝰ: ⁊ ex iſto accipi
unt cōitatē ſuppoſititita ꝙ vnuſquiſq; eſt ſuppoſitū
hoīs: ḡ ſuppoſitū diciꝛ ſtans ſub natura cōmuni: et
hoc eſt etiā ꝯcedendū. Itē qȯ ſtat ſub natura cōmu — Subſtātia
ni diſtinctū q̄dem eſt ꝑ materiā / ſed cū ſit ſuppoſitū — Hypoſtaſ
diſtinguibile eſt ꝑ accidētia indiuiduantia: cum igiꝛ — Indiuiduū
ſuba ſit ꝓprie que ſubſtat ꝑſone ⁊ accidētibꝫ / ſubſtan
tia erit diſtincta ꝑ materiā hanc / diſtinguibil' aūt ꝑ
accidētia ⁊ nō diſtincta ꝑ ea: ⁊ hoc etiā cōcedēdū eſt:
Hypoſtaſis idē eſt in greco qȯ apud nos talis ſub-
ſtantia. Ulterius indiuiduū ſm̄ phm̄ eſt diſtinctū — Hypoſtaſiſ
collectōe accidentiū q̄ in alio nō poſſunt inueniri / nō — Indiuiduū
tm̄ neceſſario eſt ꝑſona: qꝛ indiuiduū licet ſit diſtictū
nō neceſſario eſt rōnalis nature. Et iō ꝑſona adhuc — Perſona
eſt maioris cōcretiōis. ſ. ꝙ ſit in dignitate naturali
q̄ eſt rōnalis nature diſtinctū ꝓprietate faciente ip̄m
incōicabile tribꝫ modis. ſ. ꝙ nō ſit cōicabile vt pars
ſicut eſt anima ⁊ corpꝰ: ⁊ ꝙ non ſit cōicabile vt vni-
uerſale / ſicut qȯ p̄dicaꝛ de multis: ⁊ ꝙ nō ſit cōmu-
nicabile ꝑ vnionē in ſingularitatē alteriꝰ / ſicut dixi
mus in p̄cedenti diſtinctiōe / ⁊ hoc eſt cōcedendū: igi
tur ex hoc ptʒ ꝙ iſta ſūt ordinata ꝙ primū eſt res na
ture conſtituta. ſcd̄m aūt ſuppoſitū. tertiū vo hypo-
ſtaſis. quartū aūt indiuiduū. quintū perſona: ⁊ per
hec patet ſolutio primi.

**In quo predictorū facta eſt vnio.** — Arti. III

E — D ſecundū dubiū. ſ. in q̄ illorū facta ſit vnio:
a — ꝓcediꝛ ſic: res naꝛe nō repugnat cōicabilita-
ti alicui: ḡ videꝛ ꝙ nō in illo neceſſe ſit vnio.
Probatio / in natura eñ eo ꝙ nō repugnat cōicabi — Arg. p̄mo
litati ideo in ea nō fit vnio: ḡ nec in re nature vt vide
tur. Q aūt res nature cōicabilitati nō repugnet pa
tet / res nature videꝛ eſſe cōpoſitū / ſʒ cōpoſitū eſt vni — 2o
tū ⁊ aſſumptū. Probatio / ſup̄ ſepe habuimꝰ ꝙ aſſū-
pſit corpus ⁊ aniam ⁊ hec cōiūcta. cū igiꝛ illa cōpo-
ſita ſint res nature vt videꝛ / videꝛ ꝙ vnio nō ſit fa-
cta in re nature ſicut nec in natura. Eodē mō videꝛ — 3o
ꝙ nec in ſuppoſito vt videꝛ: qꝛ ſuppoſitū dicit poſi-
tū ſub natura cōi / ſed aliq̄d poſitū eſt ſub natura cōi
que eſt hoīs natura in xp̄o: et illud non eodē ordine
poſitū eſt ſub natura diuina / ſicut eñ ſe habēt natu
re quibꝰ ſubſtant ſuppoſita / ita ſe habent ſuppoſita
q̄ ponunꝛ ſub illis: ſed nature ſunt diuerſe: ḡ ⁊ ſup-
poſita diuerſa erūt vt videꝛ. Itē diuerſarū natura — 4o
rū ⁊ nō ſubalꝛnatim poſitarū neceſſario diuerſa ſūt
ſuppoſita: ergo licet vnite ſunt nature in chriſto / ta-
men qꝛ diuerſitatē ſuā retinēt diuerſa ſuppoſita ha-
bebūt: ⁊ ſic nō erit vnio in ſuppoſito. Itēʒ quecūq; — 5o
ſunt vnū in ſuppoſito / iſtorū neceſſario eſt reſpectus

vnꝰ ad naturā cui ſubſtat illud ſuppoſitū: ergo a de
ſtructiōe cōſequentꝭ quibꝫ non eſt reſpectꝰ vnus ad
naturā ſuperiorē illoꝝ nō eſt ſuppoſitū vnū / ſed hu-
ius hoīs ⁊ huiꝰ dei nō eſt reſpectꝰ vnus ad naturā /
ſicut nec vna natura eſt: ḡ illorū nō eſt vnū ſupposi-
60 tū: ḡ nō eſt vnio in ſuppoſito. ꝑ. natura ſuppoſiti:
⁊ ratō nō repugnat cōicabilitati ꝑ modū ꝑtis. ſi em̄
dicā hec manꝰ / ꝓnomen .ſ. hec dicit mihi ſuppoſitū
manꝰ: ⁊ tñ̄ eſt ꝑs hoīs: ḡ rō ſuppoſiti nō eſt rō incōi-
cabilis: ḡ videꝛ ꝙ tenet ſe ex ꝑte nature ⁊ nō ex ꝑte ꝑ
ſone. Cū igiꝛ vnio facta ſit in ꝑſona videꝛ xp̄us eſſe
q̄ſtiūcl'a 2a. Obiectio / duo ſuppoſita. Ulteriꝰ q̄riꝛ de indiuiduo. Indiui
duū em̄ videꝛ diſtingui collectōe accidētiū q̄ in alio
inueniri nō poſſunt. illa aūt accidentia aut ſunt na-
ture / aut aduenīētia ꝑ accn̄s. ſi nature ſiue natura-
lia ſunt ſequiꝛ (vt videꝛ) ꝙ xp̄s nō ſit vnū indiuiduū
Proprietates em̄ naturales eiꝰ qd̄ eſt hō nō ſūt pro
prietates eius qd̄ eſt filiꝰ dei: ḡ nō cōicant in indiui-
duātibꝫ: ḡ nō ſunt vnū indiuiduū: de vnione aūt in
Solutio. ꝑſona in p̄cedenti diſtinctiōe eſt habitū. Solō / do-
ctores moderni q̄ſi om̄s ſunt de opinione ſcd̄a ⁊ nō
de prima: q2 abſq3 dubio rōnabiliꝛ ſuſtineri nō pōt:
tñ̄ inductis iam vtiꝛ rōnibꝫ ſuppōnēs ꝙ hic hō non
inquantū hō ſ3 demōſtratꝰ xp̄s nō cōſtituiꝛ ex dua-
bus naturis ⁊ tribꝫ ſubſtātijs / ſed tm̄ ex duabꝫ ſub
ſtantijs ⁊ vna natura hoīs ita ꝙ nō fiat vis in li ex:
q2 nulla opinio dicit ꝙ ibi ſit cōpoſitio reſpectu ali-
cuiꝰ tertij: ſed exegitiuā cōpoſitionē ponit in chriſto
hoīe hec ſecunda opinio: quia exegitiua tot hab3 in
ſe ſubſtantias quot exigit redemptor: redemptor au
tem ⁊ deb3 ⁊ poteſt: vñ̄ exigiꝛ ꝙ habeat naturā qua
debet / ⁊ hec eſt humana / ⁊ naturā qua pōt / ⁊ hec eſt
diuīa / ⁊ talē cōpoſitionē in dei filio ponere nō eſt in-
conueniens: ⁊ ideo nolo ſoluere proprima opinio-
Ad p̄mū ne: q2 puto ꝙ falſa eſt. Rn̄ſio ad primū ꝙ vnio eſt
in re nature homīs / ⁊ ſuppoſiti / ⁊ hypoſtaſis / ⁊ in-
diuidui ⁊ ꝑſone. Si em̄ tm̄ eſſet in perſona ⁊ non in
alijs oporteret ꝙ hic homo ⁊ hic deꝰ nō eſſent vnū /
niſi tm̄ in ꝑſonali ꝓprietate: ⁊ hoc ridiculum eſt. ſ. ꝙ
nō cōuenirent niſi in accidēte quodā. Eodē mō ſi in
rōne indiuidui tm̄ vnirenꝛ nō eſſent vnū ꝑ naturā /
ſed in accidētiū collectōe tm̄. Eodē mō ꝙ ſi cōueniāt
in hypoſtaſi / ⁊ nō re nature cōuenientia erit in actu
ſubſtādi nature / ⁊ hoc nō ē intelligibile ꝙ id qd̄ ē ali
quid nō ſit idem ⁊ vnū / ⁊ vnū cum illo hoc aliquid /
⁊ cum ſuppoſita nō ſint diuerſa. Similiꝛ nō eſt in-
telligibile quō ſuppoſita ſint diuerſa ⁊ tamē hypo-
ſis vna. Et vlteriꝰ nō poteſt intelligi qualiꝛ hypo-
ſtaſis ſit diuerſa ⁊ hypoſtaſis vna / ⁊ ſi indiuidua po
nanꝛ diuerſa non intelligiꝛ qualiter ꝑſona vna eſſe
poſſit. Et ideo dico ꝙ xp̄us nō aſſumpſit hominem
nec ſuppoſitū ⁊c̄. ſed om̄ia hec vniuit ſibi in ſingula
ritatē ꝑſone / ⁊ dico ꝙ res nature nō eſt diſtincta per
eſſe a filio dei / ⁊ eſt incōicabil' incōicabilitate filij dei
⁊ nō alia in xp̄o. in alijs aūt eſt res nature in cōmu-
nicabilis ꝑ hanc materiā ſicut ⁊ ſuppoſitū ⁊ indiui-
Ad 2m duū ⁊ ꝑſona. Ad aliud dicēdū ꝙ ſuppoſita ſunt vni
ta: licet em̄ reſpectus nō ſit vnꝰ huiꝰ homīs inquan
tū hic homo ⁊ huiꝰ dei inquantū hic deus ad natu
ram homīs ⁊ ad naturā dei / nō ꝓpter hoc minꝰ ſup-
poſitū hoc eſt illud ſuppoſitū: ⁊ ex hoc ſequiꝛ ꝙ rōne
duplicis nature ſubſtet vtreq3 nature: reſpectꝰ em̄
eſt in ſuppoſito nō vnde eſt hoc aliquid / ſed etiam ex
hoc ꝙ eſt hoc aliquid huiꝰ nature: ⁊ ideo variaꝛ ter-
minus ad naturam ꝓpter diuerſitatem naturaꝝ in

chriſto: vñ̄ cum reſpectus ille ſuppoſitiōis ſit conſe-
quēs ſuppoſitū ex natura remanet diuerſitas in re-
ſpectu ſicut in alijs accidētibus naturarū / ſed tamē
vnio erit in hoc qd̄ eſt ſuppoſitū. Ad aliud dicendū Ad 3m
ꝙ hec eſt falſa in xp̄o ꝙ ſicut ſe habēt nature ⁊c̄. quia
in xp̄o diuerſe ⁊ diſtincte ſunt nature nō tñ̄ ſuppoſi-
ta: ⁊ hoc cauſaꝛ aliunde. ſ. ab vnione / ſ3 vera eſt ꝓpo-
ſitio in illis in quibꝫ eſſe ſuppoſiti totū ē natura vna
ſed hoc nō eſt in xp̄o / immo in hoc errat iſta opinio:
q2 eſſe huiꝰ vel huiꝰ ſuppoſiti nō eſt a natura vna ſed
a duabꝫ: q2 iſte homo habet eſſe hoīs vnite ⁊ nō cōfu
ſe ⁊ ꝑmixte. Ad aliud dōm ꝙ nō eſt verū niſi ille na Ad 4m.
ture remaneāt a ſeinuicē ſeparate ita ꝙ nō in vnā hy
poſtaſim vel ſuppoſitū vnianꝛ: ⁊ hoc non eſt verū in
xp̄o / vt iam dictū eſt. Ad aliud dōm ꝙ nō oportet Ad 5m.
quorū ſuppoſitū vnū eſt ſit vnus reſpectus ad natu
ram cōmunē: q2 ſi vnū ſuppoſitū eſt ꝑ eſſe ꝓprium in
duabꝰ naturis tūc duplici reſpectu ſubijciꝛ / ⁊ tamē
vnū remanet. Ad aliud dicendū ꝙ ſuppoſiti ratio Ad 6m.
cōmunicabilitati repugnat: q2 illud eſt ſuppoſitum
qd̄ habet formā nature ꝑticulatā ſup ꝑ hanc materiā:
⁊ hoc ē vnū cōſtitutū ī ſe ⁊ diuiſum ab alijs. Cū igiꝛ
talia duo nō ſunt in chriſto oportet ꝙ illud ſit vnitū
per eſſe filij dei: q2 ip̄m nō eſt de natura / ſed potius
ſtans ſub ipſa. Aliter em̄ vere p̄dicareꝛ aliquid de h̄
homīe qd̄ nō predicareꝛ de filio dei / qd̄ eſt cōtra Au
gu. Eſt em̄ hec vera / hic hō eſt ſuppoſitū humane na
ture ⁊ res nature: vñ̄ oportet ꝙ hec ſit vera / filiꝰ dei
eſt ſuppoſitū humane nature ⁊ res nature humane. Ad. q. 2am
Ad id qd̄ vlteriꝰ queriꝛ de indiuiduo dico eodē mō cū obiecto.
ꝙ indiuidua duo nō ſunt in chriſto / licet em̄ ꝓprieta
tes nō ſint eedem ſicut nec nature tñ̄ denomīatiue p̄
dicanꝛ de hoc hoīe ⁊ de filio dei ꝓprietates vtriuſq3.
Talis em̄ eſt illa vnio (vt dicit Augꝰ) que deū face
ret hominē ⁊ hominē deū: ⁊ ꝓprietates vniꝰ de alte
ro dici ⁊ econuerſo: vnde diciꝛ / deus eſt natus / paſ-
ſus / laſſus / dolēs ⁊ hmōi: ⁊ homo eſt creator guber
nator mundi ⁊ om̄ia hmōi. Et iō non eſt dicendū ꝙ
xp̄us vnq̄3 fuerit hoc aliquid vel ſuppoſitū vnū / vel
indiuiduū vnitate ⁊ ſingularitate ꝓpria / q̄ eſſet na-
ture humane / ſed ſemꝑ fuit hoc aliquid ⁊ vnitate et
ſingularitate ꝑſone diuine.

## An xp̄s aliquo modo ſit duo et an habuit tm̄ vnum eſſe. Arti. IIII. D

Tertio queriꝛ vtrū xp̄us aliquo mō ſit duo ſi
cut iſta opinio dicit: Et vr̄ ꝙ ſic: dicē ei dam. Arguiꝛ p̄o
ꝙ differentia eſt cauſa numeri: ḡ ad multitu
dinē differentiarū ſequiꝛ multitudo numeri: ſed in
xp̄o ſūt due differētie ſm̄ eſſe ⁊ faciētes eſſe: ḡ faciūt
duo eſſe / ſed a pluralitate eſſe eſt aliq̄d duo vel plu-
ra: ergo xp̄us eſt duo. Itē Caſſianꝰ in ſexto cōtra 2o
Neſtoriū dicit ſic / ꝙ homouſion parenti dicis nati
uitatē eſſe debere. Ego dn̄m noſtrū Ieſum xp̄m ho-
mouſion dico fuiſſe ⁊ patri pariter ⁊ matri. ꝑſonarū
em̄ diuerſitate reddit vnicuiq3 ſilitudinē ſuā paren-
ti. Ex hoc etiā videꝛ ꝙ nō tm̄ ſint duo ſed etiā diuer
ſe ꝑſone. Ulterius queriꝛ vtrū xp̄us habuerit tm̄ q̄ſtiuncula 2
vnū eſſe / ⁊ videꝛ ꝙ ſic: q2 eſſe ē hypoſtaſis: ⁊ tm̄ vna Rō prima
eſt hypoſtaſis: ḡ tm̄ vnū eſt eſſe. Item eſſe eſt cōple 2a
ti ⁊ diſtincti nō aūt eſt ibi niſi vnꝰ completꝰ ⁊ diſtin
ctꝰ: igiꝛ tm̄ vnū eſſe. Sed contra / nō eſt intelligibi obiectō p̄a.
le qualiter due ſunt eſſentie facientes eſſe / ⁊ non niſi
eſſe vnū. ꝑ. in hypoſtaſi nō eſt eſſentia niſi per eſſe: 2a
ſi ergo vnū eſt eſſe videꝛ tm̄ vna eſſe eſſentia ſm̄ na-

Solo ad vtranqȝ qſtionem. turā/qđ falſum eſt. Solutio ad hoc ſine p̄iudicio
dōm ꝙ xp̄i eſſe in hypoſtaſi nō eſt niſi vnum qđ fit a
duabꝫ naturis incōfuſe vnitis in hypoſtaſi illa eo ꝙ
nos ponimꝰ ſm opinionē ſecundā ꝙ hic demonſtra
tus cōſtituiť ex tribꝫ ſubſtantijs ⁊ duabꝫ naturis:et
hoc ꝯfirmať auctoritate Boecij ⁊ Caſſiani. Dič eni
Boeciꝰ ſic in libro de duabꝫ naturis: in vna pſona
chriſti Eius ꝗ ſolus eſt deꝰ natura cū humana ꝗ ab
eo erat diſſimilis cōuenit atqȝ ita ex diſtantibꝫ natu
ris vna fiebat diuinitatis ⁊ humanitatꝫ copulatio-
ne pſone chriſti. Ex hoc accipitur ꝙ ſuppoſitū pſone
chriſti ſupponiť in duabꝫ naturis eſſentialiť in chri
ſto exiſtentibꝫ. Caſſianꝰ aūt in ſexto cōtra Neſtoriū
dicit ſic: Idem dominꝰ noſter Ieſus xp̄us homo na
ſcens ⁊ deus vtriuſqȝ in ſe parentꝫ habuit ꝓprietatē
dum ⁊ in eo ꝙ homo eſt humane matri reddidit ſimi
litudinē: ⁊ in eo ꝙ deus dei patris habuit veritatē.
Sic igiť ſm p̄dicta dico ꝙ vnū ē eſſe ī chriſto ſm cō-
parationē ad hypoſtaſim cuiꝰ eſt eſſe/licet hoc eſſe ſit
duaꝝ eſſentiarū que diſtincte manent/eo ꝙ hoc eſſe
iſtiꝰ eſt h̄ eſſe alteriꝰ: ⁊ eſt mirabile vt vnio fiat in eſſe
Ad primū ⁊ nō eſſentijs. Dōm ergo ad p̄mū ꝙ differētia cau
ſa numeri eſt:ſed in eſſe in eo ꝙ eſſe ē ꝯhypoſtaſis nō
Ad 2m eſt dr̄ia niſi p naturā eo ꝙ vniť vnū alteri vel potiꝰ
vnū in alterū vniť. Ad dictū Caſſiani dōm ꝙ ip̄e
nō intendit ꝙ xp̄us ſit due pſone ſed ꝙ p duas natu
ras ad duas pſonas referať que ſunt pater ⁊ mater
Vñ xp̄s nō eſt duo ſed vnū: quia nec due pſone nec
due nature nec due hypoſtaſes/vt iam patet ex p̄di-
Ad p̄mā obiectionē ꝯ ꝗſtiunculam ctis. Ad hoc qđ obijcit ꝙ nō ſit intelligibile qualiť
duaꝝ eſſentiarū ſit vnū eſſe hypoſtaſis dōm ꝙ hoc
nō eſt intelligibile niſi intelligaň ille eſſentie vniri/
ita ꝙ eſſe vniꝰ termineť in eē qđ facit altera ſicut eſt
Ad 2am in xp̄o vnde in natura huic nō inueniť ſiľe. Ad aliđ
dicendū ꝙ in hypoſtaſi eſt eſſentia ⁊ eſſe ipſiꝰ eſſentie
id eſt eſſe qđ dat eſſentiā hypoſtaſi/ ⁊ differūt ſič effe
ctus et cauſa vñ illa nō eſt natura/tamē quidā dicūt
ꝙ eſſe eſt vnū ⁊ duo. Duo numero eſſentiaꝝ a quibꝫ
eſt ⁊ vnū numero hypoſtaſis in quo eſt. primū autē
veriꝰ eſt: qꝛ eſſe eſt ſingulare: nihil aūt cōueniēs pſo-
ne eſt ſingulare niſi ſingularitate pſone diuine.

## Arti. V An in chriſto ſit vnū eſſe ſimpliciter.

Ed adhuc obijciť cōtra hoc: qꝛ petrus nō eſt
ſ eſſe petri: ꝗ chriſtus etiā nō eſt eſſe chriſti: er-
Arg. p̄mo go videť ꝙ eſſe eſt nature: ꝗ nō eſt eſſe id qđ ē
hypoſtaſis ⁊ in hypoſtaſi tm̄ eſt vnio: ergo nō ē vnū
2o eſſe. Itē filius dei eſt ſuum eſſe/hic homo nō eſt ſu
um eſſe: ergo aliud eſt eſſe huius hoīs inquantū hic
homo: ⁊ aliud eſt eſſe filij dei in ꝗntū huiuſmōi: ergo
nō eſt vnū eſſe ſed duo: nō ergo factū eſt vnū in eſſe.
Rō ī ꝯriū. Sed cōtra/ꝗcunqȝ duo ſunt in eſſe ſimpliciť ipa ſūt
duo ſimpliciť: ⁊ quecunqȝ ſunt duo ſimpliciter ipſa
nō ſunt tm̄ vnū: ꝗ filius dei nō eſt tm̄ vnū qđ falſum
Solo eſt: ⁊ hoc eſt improbatū in p̄cedenti diſtinctōe. So
lutio tenēdo veritatē vnionis factā eſſe ī hypoſtaſi/
ſicut eſt veritas ⁊ ſcđa opinio dicit vnū tm̄ eſſe ſim-
pliciter vnū eſſe chriſti/ſed aliud eſt eſſe huiꝰ ſimplici
ter ⁊ aliud eſt huiꝰ ſm naturā hanc vel illā/ ⁊ aliud
eſt eſſe nature huiꝰ vel illiꝰ. Eſſe eni huius ſimplici
ter eſt eſſe pſone vel hypoſtaſis ſm ꝙ eſt hypoſtaſis.
⁊ hec nō eſt niſi vnū in chriſto: ⁊ hoc patere poteſt ex
hoc ꝙ fides catholica dicit vnionē illam factā in eſſe
ſi eni in eſſe facta eſt erit ipſa facta in eſſe in aliquo ⁊
non niſi in eſſe hyoſtaſis: ergo eſſe huius hypoſtaſis
ex vnione illa eſt vnū: quecūqȝ eni vniunť ſunt vnū
Item vniꝰ hypoſtaſis non eſt niſi vnū eſſe/ſed xp̄s
nō eſt niſi hypoſtaſis vna: ergo xp̄us non habet niſi
vnū eſſe ſimpliciť: qꝛ eſſe rei nature ſiue hypoſtaſis
eſt eſſe totius/ ⁊ hoc eſt ſimpliciť eſſe. Eſſe aūt ſm na
turā hanc vel illā eſt eſſe acceptū in cōparatōe ad na
turā facientē eſſe in hypoſtaſi/ ⁊ a parte illa gemina
tur eſſe in chriſto. Eſt eni in eſſe nature humanitatꝫ
⁊ eſſe nature deitatis. Et ſi vellemꝰ ꝓprie dicere tūc
diceremꝰ ꝙ haberet tali cōſideratiōe nō duo eſſe ſed
vnū, duplex in cōſtituente eſſe. Eſſe nature eſt eſſe qđ
habet natura in ſe. oīs eni res habet ſuū eſſe. Eſſe
nature in chriſto humane nō eſt eſſe nature dei neqȝ Ad obiecta prima.
illa eſſe ſunt duo ſicut nature. Ad id ergo qđ cōtra
obijciť dicendū ꝙ xp̄us nō eſt ſuū eſſe hoc accidit nō
ſm ꝙ eſt hypoſtaſis nature diuine: ſ; qꝛ ſimplicitas
eſt ibi omnimoda: hec aūt nō eſt in hypoſtaſi homīs
qꝛ illa hypoſtaſis ſupponiť eſſe in duabꝫ naturis et
tribus ſubſtantijs. tñ ſciendū ꝙ ſaluando iſtā opini
onē eſſet ibi duplex eſſe: qꝛ iſta dicit ꝙ ſuppoſito hoc
homīe nō ſupponiť in ea niſi duplex ſubſtantia car-
nis ſcȝ et anime ⁊ vna natura.

## Aliorum ſententia.

Sunt autē ⁊ alij qui iſtis in parte cōſentiunt
ſed dicunt hominē illū non ex anima rōnali
⁊ carne tm̄: ſed ex humana ⁊ diuina natura: id
eſt ex tribus ſubſtantijs diuinitate: carne et
anīa cōſtare: ⁊ hunc ieſum xp̄m fateň ⁊ vnū
pſonā tm̄ eſſe: ante incarnationē vo ſolūmo
do ſimplicē: ſed in incarnatōe factā cōpoſitā
ex diuinitate ⁊ humanitate. Nec ē ideo alia
perſona ꝙ̄ prius: ſed cū prius eſſet dei tm̄ p-
ſona. in incarnatiōe facta eſt etiā homīs per
ſona: nō vt due eſſent perſone ſ; vt vna ⁊ ea-
dem eſſet pſona dei ⁊ hominis. Perſona er-
go que prius erat ſimplex ⁊ in vna tm̄ natu-
ra exiſtens: in duabꝰ et ex duabꝰ ſubſiſtit na-
turis. ⁊ perſona que tm̄ deus erat: facta ē eti
am verus homo. ſubſiſtens nō tm̄ ex anīa et
carne: ſed etiā ex diuinitate: nec tñ pſona il-
la debet dici facta perſona: ꝗ̄uis dicať facta
perſona hoīs. Facta eſt igiť illa pſona (vt ꝗ
buſdā placet) quiddā ſubſiſtens ex anima ⁊
carne. ſed nō eſt facta perſona vel ſubſtātia
vel natura: et inquantu; eſt illa ſubſiſtens.
compoſita eſt. inquantū autem verbum eſt
ſimplex eſt.

## Auctoritates etiam ponit ꝙ̄ hāc probant ſententiam.

De hoc Auguſt. in libro ſenten. proſperi ait:
Modis oībꝰ approbare cōtēdimꝰ ſacrificiū
eccleſie duobꝰ conſtare: duobꝰ cōfici: viſibi-
li elementorū ſpecie. ⁊ inuiſibili dn̄i noſtri ie
ſu chriſti carne ⁊ ſanguine. ſacr̄o ⁊ re ſacri .i.
corpe xp̄i ſicut xp̄i pſona cōſtat ⁊ conficiť ex
deo ⁊ hoīe: cū ipſe xp̄s verꝰ ſit deus ⁊ verus

homo. Quia omnis res illarũ rerũ naturã ⁊ veritatẽ in ſe cõtinet ex quibus cõficitᷣ. De hoc eodẽ Johã. Damaſcenꝰ. In dño noſtro ieſu chriſto duas q̃dẽ naturas cognoſcimus vnã autẽ ypoſtaſim ex vtriſqꝫ cõpoſitã. Incarnatus eſt ergo chriſtꝰ ex virgine aſſumẽs primitiã noſtre maſſe: vt ipſa extiterit in carne ypoſtaſis: que dei verbi ypoſtaſis cõpoſita ⁊ facta fuerit: que prius ſimplex erat verbi ypoſtaſis. Cõpoſita vero ex duabus perfectis naturis deitate ⁊ hũanitate: ⁊ ferat ipſa diuine verbi dei filiatiõis characteriſticũ ⁊ determĩatiuũ idioma ſm ꝙ eſt diuiſa ẽ a patre ⁊ ſpirituſancto: et carnis characteriſtica ⁊ determinatiua idiomata: ſm que differat a matre ⁊ ⁊ reliquis hoĩbus. Itẽ Unã ypoſtaſim filij dei cõfitemur in duabus naturis ꝑfecte ſe habẽtibꝰ deitatis ⁊ humanitatis et incarnatã eſſe eandẽ ypoſtaſim: ⁊ has duas naturas cuſtodire ⁊ manere ĩ ipſo pꝰ vnionẽ nõ ſeorſum, ⁊ ſm partes ponẽtes ſingulã: ſed vnitas inuicẽ in vnã cõpoſitã ypoſtaſim ſubſtantialẽ enim inquimꝰ vnionẽ: ſcꝫ verã ⁊ nõ ſm fantaſiã. ſubſtantialẽ autẽ nõ duabus naturis perficiẽtibus alterã. ſ. vnã cõpoſitã naturã: ſed vnitas inuicẽ in vnã ypoſtaſim cõpoſitã filij dei ⁊ manere eandẽ ſubſtãtialem differentiã determinamus. Qđ creabile mãſit creabile: ⁊ ꝙ increabile increabile: ⁊ mortale mortale: ⁊ ĩmortale ĩmortale: ⁊ circũſcriptibile circũſcriptibile: ⁊ ĩcircũſcriptibile incircũſcriptibile: ⁊ hoc q̃dẽ refulget miraculis. De hoc etiã Augꝰ in lib. de tri. ait: Quẽadmodũ ſm deitatẽ vna eſt patris filijqꝫ natura: ita etiã iuxta humanitatẽ eadẽ eſt matris ⁊ filij vna natura. Ex vtraqꝫ ergo ſubſtãtia ⁊ diuinitatis ⁊ humanitatis vnus atqꝫ idẽ eſt deus: dei ⁊ hominis filius ieſus chriſtꝰ vt verus deus: ita etiã homo verus. Idem etiã in lib. xiij. de trini. Sic deo cõiũgi potuit humana natura: vt ex duabus ſubſtãtijs fieret vna perſona. Ac per hoc iã eſt ex tribus: deo anima ⁊ carne. His alijſqꝫ pluribus auctoritatibus ſe muniũt q̃ dicũt ꝑſonã chriſti cõpoſitã eſſe vel factã ſiue cõſtantẽ ex duabꝰ naturis ſiue ex tribus ſubſtãtijs.

£ Scđa opinio.

s Unt aũt ⁊ alij q̃ iſtis in parte ꝯſentiũt] Hic incipit ſecunda opinio quã fere oẽs moderni defendũt/ eo ꝙ in ipſa magis exprimitᷣ ſacramentũ vniõis: ⁊ habet duas partes: in quarũ pria ponũtur ſue poſitiões ⁊ In ſecũda ꝓbatiões ſuarũ poſitionũ ibi [ſcꝫ de hoc Augꝰ in lib. ſentẽtiarũ ꝓſperi. Sicut autẽ ex littera prioris ca. colligi põt quattuor ſunt poſitiões iſtiꝰ. ſ. ꝙ cũ dicitᷣ: hic homo ſupponitur chriſtꝰ in duabꝫ naturis cõpoſitis: ex tribꝫ ſubſtãtijs. ſ. carne/ aĩa ⁊ deitate: ⁊ extrahitᷣ in principio ca. vbi dicit: Dicũt hominẽ illũ nõ ex aĩa. Secũda ẽ ꝙ chriſtꝰ ſit vnũ tm̃ ⁊ nõ duo: ⁊ accipitᷣ ibi [Nõ duo vt eſſent ꝑſone: q2 in veritate ſicut ſupra patuit/ ad duo ſuppoſita eſſe ſequitᷣ duas ꝑſonas eſſe cũ nihil ſit dictũ ꝙ vnio facta fuerit ĩ ꝓprietate ꝑſonali tm̃ ⁊ nõ in eo qđ eſt perſona. Tertia eſt ꝙ homo non ſit aſſumptus nec hic homo/ nec perſona: ⁊ hec accipitᷣ ibi [Perſonã igitᷣ que prius fuit ſimplex ⁊c̃. Quia nõ dicũt aſſumptũ. i. cõpoſitũ ei niſi naturã. Quarta vero eſt ꝙ nõ dicitᷣ abſolute perſona illa facta niſi addatᷣ ſm hominis naturã vel facta eſt cõpoſita vel hmõi: ⁊ hec extrahitᷣ inde nõ tamẽ perſona illa debꝫ dici facta perſona.

## An chriſtus poſſit dici cõpoſitus. Arti. VI.

ſ

s Unt autẽ pauca dubia cõtra hãc opinionem ideo ꝙ liquide cõtineat veritatẽ. Sed tamen dubiũ põt eſſe de prima ſui poſitõe ꝙ dic̃ chriſtũ eſſe cõpoſitũ. Omne em̃ cõpoſitũ cõponẽtia ſua vnit in tertio: hec autẽ vnio facta eſt in perſonã eternã: ergo nõ eſt cõpoſitꝰ chriſtꝰ. Rõ prima

Itẽ in omni cõpoſito vtrũqꝫ cõponentiũ eſt pars: deitas autẽ nõ põt dici pars: q2 cũ oĩs pars minꝰ aliquid ſit ſuo toto iam deitas haberet aliq̃d maiꝰ ⁊ meliꝰ qđ incõueniẽtiſſimũ eſt. 2a

Itẽ cũ oĩs pars ſit imperfecta reſpectu totius iã deitas eẽt imꝑfecta qđ iterꝫ falſum eſt. 3a

Ad hoc dicendũ ꝙ iſta opinio nõ accipit cõpoſitionẽ ſm naturã: ſꝫ ſm nomẽ tm̃ vt ſit cõpoſitũ idẽ qđ cũ alio poſitũ in eodẽ qđ fuit añ: licet hoc mõ nõ oĩno fuerit ſicut nunc eſt: ⁊ ita perſona xp̃i eſt cõpoſita: q2 mõ eſt in duabus naturis: ⁊ tribꝫ ſubſtãtijs: vnde hec opinio neutrarũ naturaꝝ dicit eẽ partẽ: q2 deitas pars eſſe nõ põt vt ꝓbant obiectões: humanitas aũt licꝫ habeat partes nõ tamẽ ẽ pars: q2 oĩs pars habet cõpartẽ eo ꝙ nulla vna pars facit totũ: vnde humanitas nõ põt eſſe pars: ⁊ ſic patet ſolutio ad obiectões q̃ ꝓcedũt ac ſi cõpoſitio ꝓprie ſm naturã cõpoſiti acciperetur: hãc autẽ cõpoſitionẽ quidã vocãt exegitiuã ſicut diximꝰ in expoſitiõe p̃cedẽtis opinionis. Solutio

## Quid demõſtrat ꝓnomẽ hic quãdo dicitᷣ hic homo de chriſto. Arti. VII.

d Ubitatᷣ etiã de hoc qđ opinio hec ponit ꝙ cũ dicitᷣ hic homo demõſtrato xp̃o ſupponitᷣ ſuppoſitũ eiꝰ in tribꝫ ſubſtãtijs ⁊ duabꝫ naturis ⁊ nõ in humana natura tm̃: hoc em̃ videtᷣ falſum: nõ em̃ hoc habetᷣ ex intellectu eiꝰ ꝙ dicitᷣ hic homo. Si em̃ cõſideremꝰ ſubam ꝓnoĩs. i. quã ſupponit ꝓnomẽ: nõ dic̃ niſi ſuppoſitũ: li hõ aũt qđ ſequitᷣ dic̃ naturaꝫ cui ſupponitᷣ: g̃ videtᷣ ꝙ virtute t̃mĩ ſic cõplexi ex ſuopoſito ⁊ natura non ſupponatᷣ xp̃s niſi in vna natura: ſicut dixit p̃cedẽs opinio: ⁊ ĩ duplici ſubſtãtia. ſ. in carne ⁊ anima. Obiectio

Solutio dicẽdũ ꝙ aliud eſt in chriſto ⁊ aliud in alijs hominibus. Cũ em̃ dicitᷣ hic in chriſto nõ põt demõſtrari ſuppoſitũ niſi vnitũ vel potiꝰ vnũ: ⁊ ideo duplicẽ naturã vel reſpectũ importat demõſtratio quoꝝ tm̃ alterũ determinamꝰ ꝑ li hõ q̃d ſequitᷣ ⁊ alterꝫ ſignificatur determĩari ꝑ ꝓnomẽ ſignificãs illã naturã q̃ etiã ẽ ĩ ipo: ⁊ iõ vtrũqꝫ importatᷣ cũ dĩ: h hõ eſt h deꝰ: in illa em̃ locutiõe bis in ꝓnoĩbꝫ h ⁊ hec ſcatᷣ vnũ ſuppoſitũ ⁊ ꝑ t̃mĩos ſeq̃ntes ſcãtes naturã cõem cui ſupponitᷣ ſcatᷣ duplex reſpectus illius ſuppoſiti ad naturas illas: ꝑ cõpõnẽ au- Solutio ad totũ.

tē mediā ſignificat idēptitas ſuppoſiti in vtraqꝫ natura: ꝛ ex hoc patet ꝙ iſta opinio ſola tetigit veritatē ex his que dicta ſunt facile eſt intelligere auctoritates q̄ inducunt ab iſta opiniōe.

## Tertia aliorū ſententia.

Sunt etiā alij qui in incarnatione verbi non ſolū perſonā ex naturis cōpoſitā negant: verū etiā hominē aliquē ſiue etiā aliquā ſubſtātiam ibi ex anima ꝛ carne compoſitā vꝉ factā diffitētur. Sed ſic illa duo ſcꝫ animā et carnē verbi perſone vel nature vnita eſſe aiunt: vt nō ex illis duobus vel ex his tribꝰ aliqua natura vel perſona fieret ſiue componeret: ſed illis duobus velut indumēto verbū dei veſtiretur vt mortaliū oculis cōgruēter appareret. Qui ideo dicit verus factus homo: qꝛ veritatem carnis ꝛ anime accepit. Que duo etiā in ſingularitatē vel vnitatē ſue perſone accepiſſe legit: nō quia illa duo vel aliq̄ res ex illis compoſita ſit vna pſona cū verbo vel ſit verbū: ſed quia illis duobus accedētibus verbo nō eſt perſonarū numerus auctus: vt fieret quaternitas in trinitate: ꝛ quia ipſa pſona verbi que prius erat ſine indumēto: aſſumptiōe indumēti nō eſt diuiſa vel mutata ſed vna eademqꝫ īmutata permanſit. Qui ſm habitū deū ꝛ hoīem factū dicūt. Accipiēdo enim hominē dictꝰ eſt deus: factus eſt homo ꝛ propter acceptū hominē dicit deus ꝛ eſſe homo: ꝛ ꝓpter aſſumentē deū dicit homo eē deus. Nā ſi eſſentialiter inquiūt illi deus eē homo: vel homo eſſe deus intelligeret: tunc ſi deus aſſumpſiſſet hominē in ſexu muliebri ꝛ mulier eſſentialiter deus eſſet: ꝛ ecōuerſo. At potuit deꝰ aſſumpſiſſe hoīem in ſexu muliebri: potuit ḡ mulier eē deꝰ ꝛ ecōuerſo.

## Auctoritates inducit quibꝰ hec ſententia roboratur.

Ne autē ꝛ iſti de ſuo ſenſu influere videātur teſtimonijs in mediū productis qḋ dicūt cōfirmāt. Ait enim Augꝰ in lib. de gratia noui teſtamēti. Sicut nō auget numerus perſonarū: cū caro accedit anime vt ſit vnus homo: ſic nō auget numerꝰ perſonarū cū homo accedit verbo vt ſit vnus homo chriſtus. Legitur itaqꝫ deus homo: vt intelligamus huius perſone ſingularitatē: nō vt ſuſpicemur ī carnem mutatā diuinitatē. Idē quoqꝫ tractans
Phil'.2. illud verbū apoſtoli. Habitu inuētus eſt vt homo: manifeſte oſidit deū dici factū eē hominē: vel eſſe hominē ſm habitū: ī li. lxxxiij queſtionū: ita inquiēs: Multis modis habitū dicimus: vꝉ habitū animi ſicut diſcipline perceptionē vſu firmatā: vꝉ habitū corporis ſicut dicimus aliū alio validiorem vel habitum eorū que membris accomodātur extrinſecus: vt cum dicimus aliquē veſtitū vel calciatum ꝛ hmōi. In omībus generibus manifeſtū eſt in ea re dici habitū que accidit vel accedit alicui ita vt eā poſſit etiā nō habere. Hoc autem nomē ductū eſt ab illo verbo qḋ eſt habere. Habitus ergo nō in ea re dicitur que nobis vt habeat accidit vꝉ accedit. Verūtamen hoc intereſt: quia quedā eorū que accidūt vel accedūt: vt habitū faciāt nō mutantur: ſed ipſa mutāt in ſe integra ꝛ inconcuſſa manentia: ſicut ſapiētia accedēs homini nō ipſa mutatur: ſed hominē mutat: quem de ſtulto ſapientē facit. Quedā vero ſic accedunt vel accidūt vt mutēt ꝛ mutētur: vt cibꝰ qui amittens ſpeciē ſuā in corpus vertitur: ꝛ nos cibo refecti: ab exilitate atqꝫ languore in robur atqꝫ valentiā mutamur. Tertiū genus eſt cum ea que accidūt vel accedūt nec mutāt ea quibus accedūt, nec ab eis ipa mutantur: ſicut annulus poſitus in digito qḋ genus rariſſime reperitur. Quartū genꝰ eſt cū ea que accidunt vel accedūt: mutantur non ſua natura: ſed aliā ſpeciē ꝛ formā accipiunt vt eſt veſtis que deiecta atqꝫ depoſita nō habet eā formā quā ſumit induta. Induta eīm membris accipit formā quā nō habebat exuta: qḋ genus cōgruit huic cōparationi. Deꝰ Phil'.2.
enim filius ſemetipſum exinaniuit nō formā ſuā mutās: ſed formā ſerui accipiens, neqꝫ cōuerſus aut trāſmutatus ī hominē amiſſa incōmutabili ſtabilitate: ſꝫ in ſimilitudine hominū factus eſt ipſe ſuſceptor verū hominē ſuſcipiendo habitu inuentus eſt vt homo: id eſt habēdo hominē inuētus eſt vt homo non ſibi ſed eis quibus in homine apparuit. Qḋ autē dicit vt homo veritatē exprimit: nomine ergo habitus ſatis ſignificauit apoſtolus qualiter dixerit ī ſimilitudinē hominū factꝰ quia nō tranſfiguratiōe in hominē: ſed habitu factus eſt: cū indutꝰ eſt hominē quem ſibi vniens quodāmodo atqꝫ cōformās īmortalitati eternitatiqꝫ ſociaret. Nō ergo oportet intelligi mutatū eſſe verbū ſuſceptiōe hominis: ſicut nec mēbra veſte induta mutantur: q̄uis illa ſuſceptio ineffabiliter ſuſceptū ſuſcipienti copularet. His verbis aperte īuenire videt Augꝰ deū dici factū hominē ſm habitū. Qui etiā ipſius incarnatiōis modū volens exprimere querētibus in quarto lib. de trini. ait: Si queritur incarnatio quomodo

facta ſit:ipſum verbũ dei dico carnem factũ:
id eſt hominẽ factũ. Non tamen in hoc ꝙ fa-
ctum eſt cõuerſum atq; mutatũ:ſed carne vt
carnibus congruenter appareret indutum.
Ita ſane factũ vt ibi ſit nõ tm̃ verbũ dei ⁊ ho
minis:ſed etiã rõnalis hoĩs anima. Atq; hoc
totũ ⁊ deus dicat̃ ꝓpter deũ ⁊ homo ꝓpter
hoĩem. Qḋ ſi difficile intelligit̃ mẽs fide pur
getur a peccatis abſtinẽdo ⁊ bona operãdo:
difficilia eñ ſunt hec. Idez in lib. de fide ad
Petrũ: Dei filiꝰ cũ ſit deus eternꝰ ⁊ verus: ꝓ
nobis factus eſt homo verꝰ ⁊ plenꝰ. In eo ve
rus: qꝛ verã habet deꝰ ille humanã naturã.
In eo ṽo plenꝰ: qꝛ ⁊ carnẽ humanã ſuſcepit
⁊ animã ratiõalẽ. Itẽ Nõ aliud fuit illa dei
ſũmi ſuſceptio vel exinanitio niſi forme ſer-
uilis.i.nature humane ſuſceptõ: vtraq; ergo
eſt ĩ chriſto forma: qꝛ vtraq; vera ⁊ plena eſt
in chriſto ſubſtãtia: diuina.ſ.⁊ humana natu
ra. Idẽ in lib cõtra Maximinũ. Cũ eſſet per
ſeip̃m inuiſibilis: viſibilis in hoĩe apparuit:
quẽ de femina ſuſcipe dignatꝰ eſt. Idẽ in eo
dẽ. Nos xp̃m dñm veꝝ hoĩem ſuſcepiſſe cre
dimꝰ ⁊ ĩ ip̃o viſibilit̃ inuiſibilẽ hoĩbꝰ apparu
iſſe. In ipſo inter hoĩes cõuerſatũ fuiſſe. In
ipſo ab hoĩbus humana ꝑtuliſſe. In ipſo ho-
mines docuiſſe. Hylarius quoq; in.x.lib.de
trini.ait: Quõ dei filius natꝰ ex maria eſt ni-
ſi ꝙ verbũ caro factũ eſt.ſ.ꝙ filius dei cum in
forma dei eſſet: formã ſerui accepit. Unũ ta
mẽ eundẽq; nõ dei defectiõe: ſed hoĩs aſſum
ptione ꝓfitemur: ⁊ in forma dei ꝓpter natu-
rã diuinã ⁊ in forma ſerui ex cõceptiõe ſpũſ-
Rom.8. ſancti ſm hoĩs habitũ repertũ fuiſſe. Nõ fuit
habitus ille tm̃ hoĩs: ſed vt hominis: neq; ca
ro illa caro peccati: ſz ĩ ſilitudine carnis pec
cati. Audiſtis tres ſm diuerſos poſitas ſentẽ
tias: ⁊ ꝓ ſingulis inducta teſtimonia.

B
Tertia opinio que eſt error.

s Unt ⁊ aliĳ qui incarnationez] Hec eſt tertia
opinio q̃uã nõ eſt opinio: ſz error manifeſtus
⁊ cõdẽnatus per papã Alexandrũ. Et diui-
ditur tractatꝰ illius erroris in duas partes: ſicut ⁊
p̃cedẽtiũ opinionũ. Primo eñ ponit̃ cap̃lm in quo
ſunt due poſitiões. Secũdo inducunt̃ auctoritates
que vident̃ hoc dicere: licet nõ dicant. Ex primo ca-
trahũt̃ ſeptẽ poſitiões huiꝰ erroris q̃ oẽs falſe ſunt.
Prima Prima eſt ꝙ cũ duplex ſit vnio naturalis .ſ. anĩe
ad carnẽ/⁊ carnis ⁊ aĩe cũ deitate ꝙ ĩ chriſto neutra
illarũ fecit vnũ aliqḋ/nec eñ aĩa ⁊ caro fecerũt vnũ
hominẽ vnita/nec natura homĩs ⁊ filiꝰ dei fecerunt
vnã ꝑſonã vnita: ⁊ hoc eſt in pricipio capl̃i ibi [Sũt
2a ⁊ aliĳ qui incarnationẽ verbi] Secũda poſitio eſt
ꝙ his duobꝫ ſm veritatẽ acceptis nõ eſt vſus chriſtꝰ
vt vnũ ſibi faceret: ſz potiꝰ vt indumẽto vt mortaliũ
oculis viſibilis ĩ eis appareret: ⁊ hec accipit̃ ibi [Il
la duo: ſcz aĩam ⁊ carnẽ verbi ꝑſone vl̃ nature vnita
eſſe aiũt. Tertia eſt ꝙ nõ eſt vnũ factꝰ cũ homĩe in 3a
veritate: ſed ideo vere factꝰ dicit̃: licet nõ ſit vere hõ:
qꝛ verã carnẽ ⁊ animã ꝓ indumẽto accepit: ⁊ hec ex-
trahit̃ ab illo. Qui igit̃ dicitur factus verus homo.
Quarta eſt ꝙ hec nõ in ſingularitatẽ vel aliquid 4a
ex eis cõſtitutũ accepit: ſed dicit̃ accepiſſe: qꝛ ill' duo
bus pro indumẽto acceptis nõ eſt auctꝰ numerus ꝑ-
ſonarũ: ⁊ hec trahit̃ inde [Que duo nõ in ſingulari-
tatẽ. Quinta eſt ꝙ ꝑſona nulla cõpoſitõe facta eſt 5a
cõpoſita: nõ eñ hec ſibi vniuit: ſed dicit̃ facta cõpoſi
ta: qꝛ vſus huius indumẽti accepit: ⁊ hec accipit̃ ibi
[Et qꝛ ipſa perſona verbi que prius erat ſine indu-
mẽto. Sexta eſt ꝙ deꝰ nõ eſſentialiter: hoc eſt ſm 6a
eſſe factus eſt homo: vel filiꝰ dei homo dicit̃: ſed ſm
habitũ hoĩs: ⁊ hec inde elicit̃. Accipiẽdo eñ hominẽ
dicit̃ deus ⁊ vocãt eſſe hominẽ habere humanã natu
rã nõ ꝙ vniõe anime ⁊ carnis factus ſit ex illa natu
ra homo/ſicut patet in ſecũda opiniõe. Septima 7a
⁊ vltima eſt cauſa dicti ſui: qꝛ videt̃ eis incõueniens
vt deus ſm eſſe creature poſſit vniri: qꝛ ſi eſſet infir-
miori creature vnitꝰ tũc ſequeret̃ ꝙ ipſe ſm eſſe eſſet
illa creatura ⁊ dãt exẽplũ de ſexu muliebri: ⁊ hec ac-
cipitur in fine capl̃i ibi [Nã ſi eſſentialiter inquiunt
illi deꝰ eſt homo] Ex his dict̃ vlteriꝰ due poſitio Alie due poſitiõs
nes alie ſequũt̃. Quaꝝ prima eſt ꝙ hoc ſit dici chri- Prima
ſtũ eſſe hominẽ qḋ eſt habere humanã naturã nõ vni
tã: da enim ꝙ vnitã/hoc erit cõtra poſitionẽ primã:
ſimiliter da ꝙ eſſentialiter: hoc erit cõtra poſitionem
ſeptimã ergo relinquit̃ ipſum dici hominẽ/eo ꝙ ve-
rã naturã hũanã nõ vnitã vniõe naturali haberet.
Secũda eſt ꝙ qꝛ in triduo hec nõ vnita habuit ꝙ 2a
in triduo fuerit homo: ⁊ ꝓpter hoc vltimũ qꝛ magi-
ſter hoc infra cõcedit inculpat̃ magiſter/ꝙ fuerit de
hac opinione. Quia vero iſte error nouellus eſt/⁊ Rões ꝯtra iſtas Alb.
nullus cõtra eũ diſputauit: nos ponemꝰ aliquas ra Cõtra pri-
tiones cõtra poſitiões iſtas. Sunt autẽ tres con mã pria rõ
tra primã: quia corpus homĩs nec viuit vita natu
re: per hoc ꝙ cõiungit̃ anime quacũq; ꝯiũctione: ſed
per hoc ꝙ cõiungit̃ ei vt perfectõi ⁊ actui/aut igitur
chriſti corpꝰ nec ſentĳt/nec viuit vita naturali ⁊ na-
turali ſenſu/aut oportuit ꝙ corpori eſſet vnita aĩa
vt actus potẽtie vel materie proprie. Inde ſic proce
ditur: Quecũq; duo naturali cõiunctiõe cõiungunt̃
vt materia ⁊ forma cõſtituũt tertiũ qḋ neutrũ illorũ
eſt anima chriſti ⁊ corpus vt probatũ eſt ſic cõiungũ
tur: ergo conſtituunt tertiũ qḋ neutrũ illorũ eſt: hec
autẽ nõ eſt niſi homo: ergo cõſtituũt hũc hominẽ qḋ
prima poſitio negat. Itẽ hec poſitio eſt expreſſe here 2a
ſis pelagĳ. Unde Caſſianꝰ in.vj. cõtra Neſtoriũ pe
lagiane hereſis ſcelus ſolitariũ hominẽ ex virgĩe na
tũ aſſerens: eruditorẽ tamẽ dixit hũani generis ma
gis q̃ꝫ redẽptorẽ fuiſſe: qꝛ nõ redemptionẽ homĩbus
ſed viuendi dedit exemplũ: ſi igit̃ nulla vnio facta eſt
ad verbũ ſed tm̃ oculis ſic apparuit/neceſſe eſt ꝙ vir
go ſolũ hominẽ genuerit vel minus q̃ꝫ hominẽ: ſi tm̃ Tertia
genuit partẽ hominis que eſt corpꝰ. Itẽ tertio q̃a
ex hoc ſequit̃ ꝙ chriſtus nunq̃ꝫ fuerit homo: ſic natu
ra humana que eſt corpus nũq̃ꝫ fuit/nec eſt/nec erit
homo. filius dei nũq̃ꝫ habuit niſi naturã ſiue dupli-
ci vnione de qua dictũ eſt: ergo chriſtus nunq̃ꝫ vere
fuit homo: patet ergo ꝙ prima poſitio falſa eſt. Se- Cõtra ſecũdã poſitõz.
cũda probat̃ falſa hoc modo: Si his duobꝫ ſm ve- Rõ prima
ritatẽ acceptis vſus eſt tm̃: vt mortaliũ oculis appa
reret: tunc hoc quod oculis mortaliũ nõ appareret

ſuperflue vtebatur: ſed aĩa mortaliũ oculis nõ appa-
2a ret: ergo ipam ſuꝑflue aſſumpſit. Itẽ q̃cq̃d aſſumit̃ ſine vniõe ad aſſumẽtẽ peracto officio propter quod aſſumit̃ deponit̃: ⁊ hec ꝓbat̃ ⁊ de colũba in qua apparuit ſpũſſanctꝰ / ⁊ per vocẽ in qua apparuit pater ⁊ per oẽs creaturas aſſumptas in apparitionibꝫ veteris teſtamẽti: g̃ ſi filiꝰ dei manẽs naturã talẽ aſſũpſit tm̃ ad apparitionẽ ꝑacta apparitiõe depoſuit: ergo in eadẽ natura quã aſſumpſit nõ reſurrexit: h̃ autẽ qđ dicit ⁊ ſentit ab Augu. in expoſitõe cõcilij anathematizat̃: ergo hoc etiã eſt hereſis.

Cõtra tertiã poſitõꝫ. Cõtra tertiã ſic: chriſtꝰ nõ eſt natus nec paſſus niſi ex vniõe. Aut ex vniõe cũ natura / aut cũ ypoſtaſi nature humane. nõ ex vnione cũ natura: qꝛ natura manet diſtincta ⁊ natura diuina nec nata eſt nec paſſa eſt. Si g̃ eſſentialiter nõ eſt vnitꝰ in ypoſtaſi ipſe nullo mõ eſſentialiter ꝟe eſt paſſus nec natꝰ / nec aliq̃d alioꝝ.

Cõtra q̃rtã poſitõeꝫ. Contra quartã dei filius nõ accepit naturã hãc in ſingularitatẽ nature nec ꝑſone vt dicit iſta poſitio: ergo aſſumptũ nullã habuit ſingularitatẽ cũ aſſumẽte ergo nullo mõ cũ eo fuit vnũ: ergo qđ dicit̃ de vno nõ dicitur de alio: ⁊ hoc eſt ꝯtra Augu. ⁊ eodẽ mõ leue eſt cõtra alios diſputare q̃ cũ illis cõueniũt: auctoritates autẽ inducte ꝓ hac opiniõe etiã nõ videt̃ aliquid facere niſi in duobꝫ locis ſcꝫ ibi adaptat Augꝰ q̃rtũ genus habitꝰ ⁊ dicit ꝙ accidit vel accedit ꝙ inuẽtus eſt vt homo nõ ſibi: ſꝫ ab hoĩbꝫ: ſed hec explanat Augu. qꝛ facit vim in hoc ꝙ eſt iuẽtus: nõ em̃ ſe inuenit licet ꝟe homo fuerit: qꝛ ſemꝑ ſibi notꝰ fuit: ſed alij cognoſcẽtes eũ inuenerũt eũ in humanis ꝯuerſari ⁊ dicit Augꝰ ꝙ accidit hoc in ſil'i inducto: non tñ accidit chriſto humana natura: licet quidã dicãt eã vergi in accidẽs: ſed hec ego nõ p̃ſumo dicere de ꝟitate incarnatiõis. Scđm eſt ĩ fine eiuſdẽ ca. vbi dicit: nõ ergo oportet intelligi mutatũ eẽ verbũ ⁊c̃. Sed etiã oĩs homo cõfitet̃ ꝙ verbũ nõ eſt mutatũ: ſicut ſupra dictũ eſt: ſed h̃ qđ dicit vt habitũ aſſumpſiſſe Augꝰ corrigit id in quo ſil'e nõ ſufficiens eſt cũ dicit: q̃uis illa ſuſceptio ineffabiliter ſuſceptũ ſuſcipiẽti copularet id eſt vniret: ex his p̃nt etiã alia plane gloſari.

DI. VII. oſtẽdit qualiter ſm varias opiniones recitatas di. p̃cedẽti de mõ vniẽdi diuinã ⁊ humanã naturaꝫ determinari habeant ãbigue locutiões.

## Poſitis ſentẽtijs prolatiſq; teſtimonijs intelligẽtias ꝓpoſitarũ locutionũ exequitur ſm ſingl'as ſentẽtias: ⁊ prius ſm primã.

ſtincte: ſed inquātū vnū ſunt. ⁊ ſic ſequitur ꝙ vna ſit
Solō adoratio eoꝝ. Solutio. bene cōcedo ꝙ vna eſt ado
ratio trium / quo ad rationē adorationis: quia illud
Ad obiecta qđ ⁊ propter quod adoramus vnū eſt in trib᷒. Ad
id quod contra obijcitur dicendū ꝙ licet fides diſtin
guat / tamē vnit etiā perſonas: ⁊ dicit vnū eſſe in tri
bus inquantū adorande ſunt. ſed ſi fides poneret ra
tionē adoratiōis in proprietatib᷒ diſtinguētibus ſe
queretur argumētū qđ nō facit fides: quin poti᷒ po
nit in eo ꝙ ꝑſonas vnit ꝙ eſt natura diuinitatis vna
in tribus.

## An chriſtus ſm ꝙ homo ſit per
Diſtin. X ## ſona vel aliquid.

De cōicatō
a
ne ideoma
tū ⁊ ꝓprieta
tū reſpicien
tiū ꝑſonā ꝑ
ut ſonāt in
nobilitatē:
ſcꝫ de ꝑſona
li ꝯditōne ⁊
filiali ado
ptiōe. argu
mētatio de
vtraqꝫ ꝑte
q̄ſtionis.

Olet etiam a quibuſ
ſ dam inquiri vtrū chriſtus ſm ꝙ ho
mo ſit perſona vel etiam ſit aliquid
Ex vtraqꝫ parte huius queſtionis argumen
ta cōcurrunt. ꝙ em̄ perſona ſic his differunt
rationibus. Si ſm ꝙ homo aliquid eſt vel ꝑ
ſona: vel ſubſtantia: vel aliud eſt. ſed aliđ nō
ergo perſona vel ſubſtantia. ſi ſubſtantia eſt:
vel rationalis vel irrationalis: ſed nō eſt irra
tionalis ſubſtantia: ergo rationalis. Si vero
ſm ꝙ homo eſt rationalis ſubſtantia: ergo ꝑ
ſona: quia hec eſt diffinitio perſone: ſubſtan
tia rationalis indiuidue nature. Si ergo ſm
ꝙ homo eſt aliquid: ⁊ ſm ꝙ homo perſona eſt
Sed econuerſo ſi ſm ꝙ homo perſona eſt vel
tertia in trinitate vel alia: ſed alia non: ergo
tertia in trinitate ꝑſona. At ſi ſm ꝙ homo ꝑ
ſona eſt tertia in tritate: ergo deus. Propter
hec incōuenieniētia ⁊ alia: quidā dicunt chri
ſtum ſm hominē nō eſſe perſonā: nec aliquid
niſi forte ſm ſit expreſſiuū vnitatis perſone.
b Scđm em̄ habet multiplicē rationē. Aliquā
do em̄ exprimit cōditionē vel proprietatē di
uine nature vel humane. aliquando vnitatē
perſone: aliquando notat habitū: aliquādo
cauſam. cuius diſtinctionis rationē diligen
ter lector animaduertat: atqꝫ ī ſinu memorie
recondat: nec eius confundantur ſenſus: cū
de chriſto ſermo occurrerit.

Olet aūt a quibuſdā inquiri. ⁊c.] Hic inci a
ſ pit ꝑs illa in q̄ mgr̄ agit de proprietatibus
cōſequētib᷒ xp̄m vnitū ex humana natura
⁊ cōtinet iſtā ⁊ cōſequentē diſtinctionē: ⁊ ꝑ
mū capitulū diſtinctiōis duodecime. ⁊ diuidit̄ in ꝑ
tes duas / in quaꝝ prima determinat̄ de proprietati
bus cōſequētib᷒ xp̄m ſm ꝙ homo eſt. ⁊ hec incipit in
principio diſtinctiōis. xj. ibi: [Et ſolet etiā queri vtꝝ
debeat ſimpliciť dici. ⁊c.] Et hec diſtinctio que cōti
net primā partē diuidit̄ in partes tres. In pma oſtē
ditur ꝙ nō cōſequit̄ xp̄m in eo ꝙ homo eſt eſſe ꝑſonā.
In ſcđa oſtēdit̄ ꝙ nō ſequit̄ eū in eo ꝙ hō ē eē filiū ad
optiuū / ibi ſcꝫ: [Si ꝟo querit̄ an xp̄s ſit adoptiu᷒ fi
lius.] In tertia querit̄ ad quid refert̄ ꝑdeſtinatō ſua
vtrū ad naturā vel ad perſonā: ⁊ hoc in eo ꝙ homo ē
quia ſic eſt predeſtinatus: in vltimo capitulo / ibi ſcili
cet: [Deinde ſi querit̄ vtrū predeſtinatio. ⁊c.] In pri
ma haꝝ ſunt tria capitula / quoꝝ diuiſio ꝑ ſe patet

**An xp̄us ſm ꝙ homo ſit ꝑſona: ⁊ an chriſt᷒** Arti. I
**ſm ꝙ homo ſit indiuiduū: ⁊ an in eo ꝙ homo**
**ſit etiā ſuppoſitū: ⁊ an ſm ꝙ hō ſit res nature**

Ic eſt dubiū primo de illa queſtiōe quā ponit Queſtiūc̄la
b in primo capitulo vtrū xp̄us ſm ꝙ homo ſit prima.
ꝑſona ſ. a. videt̄ aūt ꝙ ſic: q2 xp̄us ſm ꝙ ho Arg. primo
mo aut eſt homo in ſpē / aut in indiuiduo. nō in ſpecie ꝙ ſic.
q2 ſic aut eſſet ſimplex vl'e qđ eſſet in oī hoīe / aut eſſet
oīs hō / quoꝝ vtrūqꝫ falſum eſt. ſicut etiā dam̄. dicit
ꝙ naturā noſtrā nō in ſpē / ſed in athomo aſſumpſit: ğ
xp̄us eſt vn᷒ hō. vnū aūt eſt qđ in ſe eſt indiuiſum: ⁊ a
quolibet alio diuiſum: ğ xp̄us eſt ſingularis hō ī na
tura hoīs. oīs aūt ſingularis hō in natura hoīs eſt ꝑ 2o
ſona: ğ xp̄us inquantū hō eſt ꝑſona Itē xp̄s inq̄ʒtū
hō eſt aīal rōnale / mortale ⁊ hic: ğ eſt. ⁊ hoc aīal rōna
le mortale. hoc aūt đ quocūqꝫ veꝝ eſt dicere ꝙ eſt hoc
aīal rōnale mortale eſt ꝑſona: ğ xp̄us inquātū hō eſt 3o
ꝑſona. Itē ꝑſona dicit̄ quaſi ꝑ ſe vna: ſed xp̄us in
quantū hō eſt ꝑ ſe vnū: qđ ſupra probatū eſt. q2 xp̄us 4o
nō eſt duo: ğ xp̄us inquantū hō eſt ꝑſona. P quod
incōueniēs eſt / cū diceretur xp̄m inquantū eſt homo
eſſe ꝑſonā: videt̄ ꝙ nullū: q2 ex hoc nō ſequit̄ ꝙ xp̄us
ſit due perſone: ſicut ego video ꝙ inquātū hō dormi
uit: ⁊ inquantū deus ſtellas creauit. ⁊ tamē non ſeq̄ 5o
tur ꝙ ſit duo. P inquantū hō / aut eſt aliq̄d / aut ni
hil. ꝯſtat ꝙ aliq̄d. illud igit̄ qđ ip̄e eſt inquātū hō in re
cto predicat̄ de ip̄o: aut nō poteſt eſſe aliq̄d nō in ſpe
cie homīs. nihil aūt eſt h̄ aliquid ꝑfectū in natura ho Queſtiūc̄la
minis niſi ꝑſona. Vlterius querit̄ cū indiuiduū eē ſcđa.
ſit minus q̄ʒ eſſe perſonā / vtrū ſm ꝙ hō ſit indiuiduū Arguit̄ ꝑo
videt̄ aūt ꝙ ſic: q2 indiuiduū eſt qđ cōſtat ex collectōe
accidentiū / q̄ impoſſibile eſt in alio inueniri. talia aūt
accidētia inueniunt̄ plura in xp̄o hoīe: ğ videt̄ ꝙ ī eo 2o
ꝙ hō ſit indiuiduū. Itē Boecius: ſpēs eſt totū eſſe
indiuiduoꝝ. ⁊ hoc ideo dicit / q2 quicq̄d eſt poſt ſpeciē
habet indiuiduantia ſibi ſoli ꝯuenientia: ergo ip̄e ſm Queſtiūc̄la
ꝙ homo eſt indiuiduū Vlterius queritur vtrū ip̄e tertia.
in eo ꝙ homo ſit ſuppoſitū: ⁊ videtur ꝙ ſic: omne em̄ Arg. primo
qđ eſt hoc aliquid ſub aliqua natura cōmuni eſt ſup ꝙ ſic.
poſitū illi᷒ nature. xp̄us aūt in eo ꝙ hō eſt h̄ aliq̄d in
hac natura cōī q̄ eſt hō: ğ eſt ſuppoſitū hoīs. Item 2o
cōitas q̄ eſt in rōne ſuppoſiti cū đr: petr᷒ eſt ſuppoſi
tū hoīs / ⁊ paulus eſt ſuppoſitū hoīs ⁊ ſic de alijs / ꝑ
uenit ex ꝓportiōe ſinguloꝝ ad cōmunitatē ſpēī: ſed de
chriſto vere predicatur homo: ergo ip̄e habet illā pro
portionem ad ſpeciē quā alij: ergo ip̄e ſm ꝙ homo eſt

In ꝯriū ꝓo ſuppoſitum hominis. Sed cōtra dicit Dam̄. ꝙ in
dn̄o ieſu nō eſt cōmunē ſpeciē accipere: ergo nec ſup-
poſitū ſpēi alicuius: ergo chriſtus ſm ꝙ eſt homo nō
2o eſt alicuius ſpeciei ſuppoſitū. Itē Boecius: Spe-
cies eſt totū eſſe indiuiduoꝝ: ſed ſpecies hominis nō
eſt totū eſſe chriſti: ergo ipſe nō eſt ſuppoſitū hominis
Probatio minoris eſt: quia chriſtus eſt in diuinita-
te ⁊ humanitate: ergo humanitas nō eſt totū eſſe eiꝰ
3o Itē ſupra habitū eſt in expoſitione ſecūde opiniōis
ꝙ hic homo ſupponit̃ trib⁹ ſubſtātijs / ⁊ duabus na-
turis. nullū aūt ſuppoſitū eſt niſi in vna natura: ergo
chriſtus in eo ꝙ homo vel ſm ꝙ homo nō eſt ſupposi
4o tum hominis. Itē dicit ph̄us ꝙ eadē eſt ratio vniꝰ
propoſitiōis / ⁊ vnius tm̄ propoſitiōis: ergo a ſimili
eadē eſt ratio ſuppoſiti / ⁊ vnius tm̄ ſuppoſiti. Inde
vlterius obijcit̃: vnū ſuppoſitū eſt vnius nature ſup-
poſitū: ſ3 chriſtus nō ſubijcit̃ vni nature: ergo ipē nō
eſt ſuppoſitū vnū: quia quod nō eſt vnū hoc nō eſt ali
Queſtiūcl'a quid: vt dicit Boecius. Ulterius querit̃ ſi chriſtꝰ
4a ſm ꝙ homo ſit res nature humane: videt̃ ꝙ ſic: quia
Arg. ꝓmo res nature eſt id quod fit actu nature illius ꝗ eſt gene
ꝙ ſic. ratio. chriſtus aūt factus eſt generatiōe ⁊ natiuitate
humana ex matre: ergo ipē eſt res nature hūane / vt
2o videt̃ Itē ſupra habitū eſt a Dam̄. ꝙ ipē eſt homo-
uſyos in explanatiōe ſecunde opinionis: ſed hoc non
poteſt eſſe niſi ſit res eiuſdē nature / cuius ipā res eſt /
⁊ ipā res nature humane: ergo ⁊ xp̄us eſt res nature
In opm eiuſdē. Sed cōtra res alicuius nature eſt hypoſta
ſis incōmunicabilis ſub natura illa. xp̄us aūt ſm ꝙ
homo nō eſt hypoſtaſis incōmunicabilis ſub natura
humana: ergo nō eſt res nature humane. Probatio
minoris. xp̄us in eo ꝙ homo aſſumptus eſt in ſingu
laritatē diuine perſone: ergo nō eſt incōmunicabilis
ſub natura humana: q2 ſupra habitū eſt ꝙ incōmuni
Sol'o cabile nō cōmunicat alij aſſumptionē. Si dicas ꝙ
eo ꝙ homo nō eſt aſſumptus in ſingularitatē diuine
Obiectio perſone. Contra xp̄us eſt vna perſona ſingularis
aut in eo ꝙ homo / aut in eo ꝙ deus: cōſtat ꝙ nō in eo
ꝙ homo: quia ipē eterna ꝑſonalitate perſona eſt: vt di
cunt ſancti: ergo ipē ꝑſona eſt inquantū deus. Si igi
tur hic homo eſt in eadē ſingularitate perſone / h̄ erit
per aſſumptionē: ergo ipē in eo ꝙ homo cōmunicauit
Solutio ſingularitati perſone diuine. Ad hec ⁊ om̄ia huiuſ
modi ſophiſmata poſuit magiſter diſtinctionē de cō-
ſignificatiōibus eius qđ eſt ſm ꝙ / vel in eo ꝙ: vt pa-
tet in littera. ſed quia infra diſtictiōis illius reddemꝰ
rationē: ideo his reſpōdemꝰ de plano ſm ſupra habi
ta in diſ. v. Et dicimus ad primo queſitū ꝙ ſi li ſm ꝙ
notat cauſam vel nature cōditionē / h̄ eſt ꝙ humani-
tas ſit cauſa quare ipē ſit perſona vel humana in ipſo
cōditio / ſiue proprietas ſit cauſa ꝙ ſit perſona: tūc in-
quā dicimus ꝙ ipē in eo ꝙ homo / vel ſm ꝙ homo nō
eſt perſona: ſed ipē ſm ꝙ deus eſt ꝑſona: quia ꝑſona-
litas qua ipē eſt perſona eterna ꝑſonalitas eſt: ⁊ h̄ ſe-
quitur diuinitatē in ipō. Si aūt cū dicit̃: xp̄us ſm ꝙ
homo eſt perſona: li ſm ꝙ notet vnitatē vel idempti-
tatē ſuppoſiti hoīs ad ſuppoſitū diuinū: tūc ipſe in
eo ꝙ vel ſm ꝙ homo eſt perſona. In hoc ſenſu diſtin
guēde ſunt etiā oēs ſequētes queſtiōes de indiuiduo
⁊ ſuppoſito ⁊ re nature: precipue ſm opinionē ſecun-
dā quā ſolā tenemus: quia illa ponit cū dico h̄ demō
ſtrato xp̄o demonſtrat̃ in duabus naturis: ⁊ in trib⁹
ſubſtātijs propter vnionē. facilius tamē concedūtur
due vltime. ſ. ꝙ xp̄us ſm ꝙ homo ſit ſuppoſitū ⁊ res
nature ꝗ3 due prime. ſ. ꝙ ſm ꝙ homo ſit perſona vel
indiuiduū hominis. Dicendū ꝗ ad primū ꝙ xp̄us Ad ꝓa duo
ſm ꝙ homo / eſt homo ī indiuiduo. ſed ſi vellemꝰ vim q̄ſtiōis ꝓme
facere in intentiōe eius qđ eſt vnū / ſicut facit obiectio
tūc nō ſequit̃ ex hoc ꝙ ſit vnus homo: quia nō eſt di-
uiſus a perſona filij dei / in cuius ſingularitatē eſt vni
tus. Et ſi tu obijcis xp̄us ſm ꝙ homo / aut eſt vnꝰ ho
mo / aut plures homines: ſed nō plures: ergo vnus.
dico ꝙ nō valet / eo ꝙ vnū aliter ⁊ aliter accipitur. in
prima em̄ accipitur vnū prout opponit̃ ad exiſtēs in
cōiunctiōe ad aliud. ⁊ in ſecūda accipitur prout oppo
nitur pluribus. Et eſt inſtātia pes Pauli nō eſt vnꝰ
Probatio: pes pauli nō ē diuiſus ab alijs: ergo pes
pauli non eſt per ſe vnus. Contra. pes pauli non eſt
vnus per ſe: ergo eſt plures. vnde patet ꝙ in propoſi
to in quo eſt vnio huiꝰ hominis in filiū dei: nō valet
huiuſmodi ꝓceſſus. Si autē etiā cōcederetur ꝙ xp̄s
eſſet vnus homo / prout vnū opponit̃ pluribus non
ſequeretur vlterius ꝙ eſſet homo ſingularis / eo ꝙ ip
ſe cōmunicauit perſone diuine: ⁊ humana ſingulari-
tate nō eſt ſingularis: ſed potius diuina ꝑſonalitate
ſingularis eſt. Ad aliud dicendum ꝙ hec eſt falſa: Ad 3m
xp̄us inquantū homo eſt per ſe vnū: ſicut iā oſtenſum
eſt: quia perſona interpretat̃ ꝑ hoc ꝙ dico per ſe vnū.
vnū aūt oppoſitū eſt cōmunicabilitati ⁊ pluralitati:
ſed obiectio procedit ac ſi pluralitati tm̄ opponat̃: ſic
em̄ ſm ꝙ opponit̃ pluralitati: ſupra probatū eſt ꝙ eſt
vnū ⁊ nō due, ſed nō vt exiſtēs: quia ſic ſubſiſtit in di
uina ꝑſona. Ad aliud dōm ꝙ ſi cōcederet̃ ꝙ xp̄us Ad 4m
ſm ꝙ homo eſſet ꝑſona: ⁊ li ſm ꝙ notaret cauſam vel
nature cōditionē ſequeret̃ ꝙ eſſet due perſone. Pro
batio: xp̄s em̄ ſm ꝙ deus eſt ꝑſona / ⁊ ſm ꝙ hō eſſet ꝑ
ſona: ⁊ ꝙ ipē eſt ſm ꝙ deus / non eſt ipē ſm ꝙ homo.
Probatio: ſm ꝙ homo creauit ſtellas ⁊ eſt eternus /
falſum eſt ſm ꝙ deus dormiuit ⁊ comedit / falſum eſt
ergo ſm ꝙ ipē eſt / ſm ꝙ deus nō eſt homo: igit̃ ſeque-
retur ꝙ ipē eſſet perſone due. ita dico ſi li ſm ꝙ nota-
ret cauſam vel nature cōditionē. ⁊ hoc eſt magnū in-
cōueniens: quia hereſis eſt. Probatio: ſit chriſtꝰ due
perſone / ſcriptum eſt ꝙ pater dedit illi homini nomē
quod eſt ſupra omne nomē: ⁊ dicit Auguſtinus vt ſci
licet deus vocetur ⁊ ſit. vt omnis lingua confiteatur
ei: quia chriſtꝰ in gloria eſt dei patris: ergo quattuor
perſone eſſent in gloria dei. ⁊ ſic ſeq̄retur quaternitas
in diuinis / que eſt hereſis cuiuſdam leporini mona-
chi gallici temporibꝰ Leonis pape reprobata. Alia
hereſis ſequitur ſm Boecium / ſcilicet ꝙ ſi ipē eſt due
perſone nō eſt vnio facta in perſona: nec iterū eſt vnio
facta in natura: ergo nulla vnio facta eſt in chriſto: et
ſic ille homo eſt nudus homo. ⁊ hec fuit hereſis Ne-
ſtorij ⁊ Euticetis ab Ambroſio ⁊ Caſſiano cōfuta-
ta: ⁊ ab eodem Leone papa tertio reprobata. ⁊ in cō-
cilio niceno condemnata. igitur patet quantum incō
ueniens eſt cōcedere ꝙ chriſtus in eo ꝙ homo ſit per-
ſona / ita ꝙ li ſm ꝙ exprimat cauſam vel nature pro-
prietatem ſeu conditionem. Ad aliud dicendum ꝙ Ad 5m
chriſtus in eo ꝙ homo eſt aliquid: quia hic homo: ſed
non ſequitur ꝙ ſit perſona: quia hoc aliquid / id eſt ho
mo non habet perſone incōmunicabilitatē triplicem
quam ſupra in diſtinctione quinta notauimus in fi-
ne. Ad id quod vlterius queritur vtrū chriſtꝰ ſm Ad q̄ſtiūcu
ꝙ homo ſit indiuiduū dicendū in eodem ſenſu ꝙ nō: lā ſcđam
quia indiuiduum dicit ſignificare quod in ſe eſt vnū /
⁊ ſua ſingularitate ē ab alijs diuiſum: ita ſignificare

omne ⁊ indiuiduum incõmunicabilitatem perſone
ncludunt in ſuo intellectu: licet non habeant in ſeꝙ
Ad primũ obiectũ. ſint ſuppoſita rationalis nature. Ad id quod con
tra obijcitur dicendum/ ꝙ ipſa indiuiduantia ſi vis
fiat in indiuiduantibus nõ habet in eo quod homo:
principiũ indiuiduantiũ eſt ꝑſone ſingularitas/hoc ẽ
proprietas perſonalis/a qua perſona perſona eſt: et
hoc nõ habet in eo ꝙ homo/ſed in eo ꝙ filius dei: ſed
hoc ẽ veꝝ ꝙ ipſe ens hõ habet illã collectionẽ indiui-
duantiũ: ⁊ in eo ꝙ homo habet aliqua que nõ in alia
inueniunt̃: ſed illa nõ cõplẽt ſingularitatẽ indiuidua
Ad 2m tionis eius. Ad aliud dicẽdũ ꝙ xp̃s in eo ꝙ homo
eſt aliquid poſt ſpẽm ⁊ ſub ſpẽ hominis: ſed non ẽ tm̃
hoc/imo etiã eſt filius dei: ⁊ ideo nõ ſequit̃ ꝙ quicq̃d
eſt poſt ſpẽm in ip̃o ſit de indiuiduantib; ſignificare ĩ
ſpẽ illa. Hec ꝓpoſitio boecij ꝙ ſpẽs ẽ totũ eſſe indi
uiduoꝝ/nõ ẽ vera niſi de his indiuiduis q̃ ſupponun
tur ſpẽi in natura vna. xp̃us aũt ſupponit̃ in duab⁹
Ad q̃ſtiũculam tertiã naturis ⁊ trib; ſubſtantijs: vt ſupra dictũ eſt. Ad
id quod vlterius querit̃ vtrũ xp̃us in eo ꝙ homo vł
ſm ꝙ homo ſit ſuppoſitũ põt ꝯcedi: etiã ſi ſm ꝙ dicit
cauſam vel cõditionẽ nature: tamẽ magr̃ videt̃ velle
ꝙ nõ ſit abſolute cõcedendũ: quia queſtio ſua talis ẽ:
Si xp̃us ſm ꝙ homo ſit perſona/vel etiã ſit aliquid:
⁊ videt̃ ſuã diſtinctionẽ retorquere ad vtrãq; partẽ q̃
ſtionis. Si igit̃ cõcedatur ꝙ ſine dubio ſuppoſitũ et
indiuiduũ ⁊ perſona nõ cõuertunt̃ ſm intentiões no
minũ: licet ſuppoſitũ ⁊ indiuiduũ ſm ſuppoſita con-
Ad primũ qđ ẽ in ꝯm. uertant̃. Si inquã cõcedat̃ reſpõdendũ ẽ ad id qđ
cõtra obijcit̃ ꝙ intellectus auctoritatis dama. nõ eſt
ille quẽ ponit: ſed ꝙ nõ ſit cõmunis ſpẽs/ prout ſpẽs
dicit formã totius predicabilẽ de toto: quia ita nõ ſit
in domino ieſu aliqua forma totius in qua vniat̃ di
uinitas ⁊ humanitas: ſicut corpus ⁊ anima in homi
ne. ſupra eñ habitũ eſt ꝙ inexplicabilis ẽ iſtius cõpo
ſitionis vnio que nõ ẽ partiũ ratio. ſed nõ intẽdit da-
maſcenus ꝙ xp̃us in eo ꝙ homo nõ ſit vere in ſpẽ ho-
mo: quia hoc ſupra habitũ ẽ in verbis ſuis ꝙ ipſe ho-
mouſyos matri/ex eo ꝙ ille due nature non cõpoſite
ſunt reſpectu tertie: quia ſi eſſent cõpoſite reſpectu ter
tij tunc xp̃us nec homo eſſet nec de⁹: ſicut homo nec
Ad 2m corpus eſt nec anima. Ad aliud dicendũ ꝙ illa pro
poſitio in chriſto nõ tenet/nec poſita eſt a Boecio ni-
Ad 3m ſi de illis que ſunt in natura tm̃ vna. Ad aliud di-
cendum ꝙ cũ dicitur xp̃us eẽ ſuppoſitũ hominis nõ
excluditur natura diuina: nec excluditur ſuppoſitũ
diuine nature: quia xp̃us ẽ vnũ ſuppoſitũ quod vere
Ad 4m ſubijcitur vtriq; nature Ad aliud dicendũ ꝙ bene
cõcedo ꝙ xp̃us ẽ vnũ ſuppoſitũ: ſed nõ valet ſi vlteri⁹
inferat: ergo ẽ vnius nature ſuppoſitũ: ⁊ procedit ab
inſufficienti: quia aut vnũ ſuppoſitũ eſt vnius natu-
Ad q̃ſtiũculã 4am. re vel pluriũ vnitaꝝ ĩ ſuppoſito. Ad id quod vlte-
rius queritur de re nature humane/concedo etiã hoc
Ad illud qđ obijcit̃ ĩ op. in omni ſenſu. Ad id autẽ quod obijcitur in cõtra-
rium dicendũ ꝙ res nature alicuius ẽ hypoſtaſis in-
cõmunicabilis. ⁊c. bene cõcedo: quia res huius natu
re ẽ incõmunicabilis: ſed nõ a propria ſingularitate:
ſed ſingularitate perſone diuine. ⁊ hoc nõ impedit q̃n
vere ſit res nature iſtius. vnio autẽ nihil aufert de i-
Ad vltimã obiectionẽ. uentis: ſed confert multa bona. Ad hoc aũt quod
vlterius proponit vtrũ ſm ꝙ homo ſit cõmunicabi-
lis ⁊ cõmunicet: dicendũ ꝙ ſi li ſm ꝙ notet cauſã vel
conditionẽ nature aſſumptibilis ⁊ vnibilis/vera ẽ lo
cutio illa. ſi autem exprimat vnitatẽ perſone falſa eſt.

ſi autem in veriſſimo ſenſu concedatur nõ valet vlte-
rius: ergo non eſt res nature: quia res nature de ſuo
ntellectu nõ habet incõmunicabilitatẽ. ⁊ ẽ in argu-
mento fallacia cõſequentis. ecõtrario eñ valet nõ eſt
res nature: ergo incõmunicabile nõ eſt: quia res na
ture ſequit̃ ad incõmunicabile: ⁊ nõ ecõtrario.

## Que ſunt de diſtinctiõe eius qđ eſt ſm ꝙ Arti. II

Einde queritur de hoc quod dicit magiſter: B
D [Scđm eñ multiplicẽ habet rationẽ. ⁊c.] ſ
b. Hic ponit magiſter quattuor q̃ ponit li ſm
ꝙ: ſcʒ cõditionẽ ſiue proprietatẽ/vnitatẽ perſone/ha-
bitũ ⁊ cauſam. ⁊ queritur que ſint exempla iſtius di-
uiſionis: Et dicendũ ꝙ notat conditionẽ pro pro- Solutio
prietate: quãdo ponit̃ cũ dictione ſignificante alterã
naturaꝝ in ip̃o. ⁊ ſequitur aliquid quod eſt propriũ
illi nature: vt cũ dicitur xp̃us ſm ꝙ deus eſt bonus/
vel ſm ꝙ deus eſt eternus/ vel ſm ꝙ deus eſt increa
tus/ ⁊ huiuſmodi que denotãt proprietates ſoli deo
cõuenientes. ⁊ ab altera parte cũ humana poſitũ natu
ra infert proprietates conſequentes illã: vt xp̃us ſm
ꝙ homo eſt riſibile ⁊ animal diſcipline perceptibile:
⁊ rationalis ⁊ corpore⁹ ⁊ mortalis ⁊ huiuſmodi. ſm
hoc nota regulã ꝙ quicquid predicat̃ de ſubiecto ali-
quo cui adiũgitur hec dictio ſm ꝙ/vel in eo ꝙ. in hoc
ſenſu accepta/aut eſt diffinitio ſubiecti/aut pars dif-
finitionis/aut propria paſſio que vocatur accidẽs ꝑ
ſe inherens/aut effectus ĩmediatus/ aut cauſa iſtius
immediata. ⁊ exempla iſtius ſunt hec per ordinẽ enu
merationis: Chriſtus ſm ꝙ homo eſt anĩal rationa-
le/mortale: ⁊ eſt animal/⁊ eſt riſibile. ⁊ chriſtus ſm ꝙ
interfectus eſt interijt. ⁊ chriſtus ſm ꝙ homo genit⁹
eſt generatione temporali. Aliquando aũt notat vni
tatem vel vnionẽ nature: ⁊ hoc ſpecialiter in xp̃o vtꝑ
dicitur xp̃us ſm ꝙ homo creauit ſtellas. chriſt⁹ ſm
ꝙ deus mortu⁹ eſt in cruce: ubi eñ nõ notat ſm ꝙ qđ
ex forma eius cui adiungit̃ poſſit inferri illud predi-
catum: ſed potius ꝙ virtute vniõis facte in hypoſta
ſi talia predicata ſubiecto attribuãtur. Tertia ſigni-
ficatio vel cõſignificatio eius qđ eſt ſm ꝙ eſt/ꝙ notat
habitũ: ⁊ huius exemplũ eſt ad Philippẽſes. 2. Ha-
bitu inuentus eſt vt homo. ⁊ eſt ſenſus ꝙ chriſtus vt
homo. i. ſm ꝙ homo eſt inuentus habitu: id eſt ꝙ hu
mana natura quandam ſimilitudinem habet in eo:
ſicut ſupra ẽ expoſitum ex in diſtĩctione. vj. Sed pla
nius exemplũ eſt ꝙ vt homo fuit calciat⁹ /⁊ ſm ꝙ ho
mo fuit veſtitus: quia huiuſmodi habitus conuenit
ei gratia hominis/⁊ nõ gratia dei. ⁊ in illa ſignifica-
tione habitus chriſtus ſm ꝙ homo eſt ſan⁹/pulcher
formoſus pre filijs hominũ: diffuſa eſt gratia ĩ labijs
ſuis/⁊ ſic de alijs. quia habere multis modis dicitur
ſm omnia illa que nobis aduenunt/vt habemus ea
vt ſupra diſtinctione. vj. dixit Auguſtinus. In quar
ta ſignificatiõe denotat cauſam: ⁊ quia quatuor ſunt
cauſe poteſt notare omnes illas /vt efficienter notat
cum dicitur: chriſt⁹ ſm ꝙ homo meruit ſibi ⁊ nobis.
Formalẽ vt chriſt⁹ ſm ꝙ homo eſt rationalis. Ma
terialem vt chriſt⁹ ſm ꝙ homo ẽ ex corpore ⁊ anima.
Finalem: vt chriſtus ſm ꝙ homo eſt finis omniũ crea
turarũ/vel digniſſima creaturaꝝ/vel ſm ꝙ homo ve
nit propter nos. ex parte autem dei poteſt notare effi
cientem: vt chriſtus ſm ꝙ de⁹ poteſtatem habet po-
nendi animam ſuam/⁊ iterum ſumendi eam: ⁊ quaſi
formalẽ vt xp̃s ſm ꝙ de⁹ eſt ſuppoſitũ nature diuĩe.
materialẽ aũt nõ notat vnq̃/nec q̃ſi materialẽ: quia

diuitas nõ eſt dicenda materia: ⁊ qḋ materie ſil'e eſt
etiã imperfectũ eſt. finalẽ aũt notat vt cũ dr: xp̃s ſm
ꝙ deus eſt ad quẽ aĩa referunt̃/⁊ ꝓpter quẽ ſunt ⁊ fi-
unt oĩa. Ex iſta diſtinctõe facile eſt ſoluere ea q̃ quidã
hic querũt. ſ. vtrũ xp̃s ſm ꝙ homo ſit de⁹: ⁊ ſi ſm ꝙ
deus eſt iſte homo/vel ſm ꝙ iſte hõ eſt ſit de⁹ vl' crea-
tor vel aliqḋ hmõi/q̃ qꝛ leue eſt ſoluere ꝑtranſimus.

## Et ſi chriſt⁹ ſm ꝙ hõ dicat̃ ſubſtantia rationalis. nõ inde tamẽ ſequitur ꝙ ꝑſona ſit ſm ꝙ homo.

Illud tñ nõ ſequit̃ qḋ in argumẽtatiõe ſupe-
riori inductũ eſt ꝙ ſi xp̃s ſm ꝙ hõ eſt ſuba rõ-
a nalis: ergo ꝑſona. Nã ⁊ mõ anĩa xp̃i eſt ſuba
rationalis nõ tñ ꝑſona: qꝛ nõ eſt ꝑ ſe ſonans:
immo aliȷ̃ rei cõiuncta. illa tamẽ perſone de-
ſcriptio nõ eſt data pro illis tribus perſonis.

Arti. III. An inſtãtia mgr̃i valeat ĩ diffinitõe ꝑſone

L Einde querit̃ de inſtantia quã fecit magiſter ĩ
d lr̃a: [Nã ⁊ mõ anĩa xp̃i eſt ſubſtantia rõnalis
Arg. primo ⁊c̃.] s. a. Nõ eñ videt̃ valere: qꝛ ſuba hĩc in-
de equiuoce ſumit̃: qꝛ anĩa xp̃i eſt ſuba ſicut forma cũ
dicit̃ ꝑſona eſt ſuba rõalis nature ⁊ ſumit̃ ſuba ꝓ ſub
ſtantia cõpoſita prima q̃ ꝓprie ⁊ ꝓ̃ncipalit̃/⁊ maxime
dicit̃ vt aliq̃s hõ vel aliqua ſubſtãtia rõnalis nature
2o g̃ eſt ꝑſona: ex quo nõ valet inſtantia. P̃ magr̃ non
grãmatice videt̃ interpretatus eſſe ꝑſonã: qꝛ ſi dicere
tur quaſi ꝑ ſe ſonãs deberet media corripi ſiue breuia
ri in nomĩe qḋ eſt ꝑſona: qꝛ ſonãs ꝓ̃ma breuis. Pro-
Solo batio huius eſt in cõpõne cõſonũ ⁊ abſonũ. Sol'o
ad primũ. dicendũ ꝙ in veritate inſtãtia magiſtri nõ cõſtat quo
ad intellectũ ſube: ſed intẽdit oñdere ꝙ ea que poſita
ſunt nõ ſufficiũt ad diffinitionẽ ꝑſone: quia ꝑſona nõ
diffinit̃ ſufficienter cũ dicit̃ ꝙ eſt ſuba rationalis na-
ture niſi addat̃ indiuidua: ⁊ tunc nõ cõuenit huic ho
mini/ſm ꝙ homo ĩ illo ſenſu: quo li ſm qḋ notat cau
ſam vel nature conditionẽ: quia tunc indiuiduũ ponit
triplicẽ incõmunicabilitatẽ: quia dicit incõmunicabi
le pluribꝫ: ⁊ incõmunicabile per oppoſitionẽ ad incõ-
municabilitatẽ partis in cõpoſitiõe: ⁊ incõicabile per
Ad 2m oppoſitionẽ cõmunicabilitatis ꝑ aſſumptionẽ in ſin-
gularitatẽ alterius: ſicut ſupra expoſitũ eſt. Ad ali
ud dicendũ ꝙ duplex eſt interpretatio nomĩs. vna q̃
ſequit̃ ſonũ ſyllabarum poſitaꝝ in dictiõe/vel etiam
incõuenientiã litteraꝝ: vt cũ dicit̃ lapis ledens pedẽ
petra pede trita: ⁊ nõ oportet ꝙ in talibꝫ interpretatõ
nibꝫ interpretatũ ſequat̃ naturã interpretãtiũ: ⁊ ita
loquit̃ hic magiſter. Alia eſt interpretatio ſm nomĩs
ſignificatũ: ſicut dicimus cõpoſitũ ſignificationẽ tra
here a ſuis cõponentibꝫ: ⁊ ſic cõponit̃ ꝑſona a per ſe et
vnũ quaſi per ſe vna. vnde patet ꝙ chriſtus in quãtũ
homo ſit nõ eſt per ſe vnus: ⁊ ideo non eſt perſona in
quantum homo.

## Alia probatio ꝙ xp̃s ſit ꝑſona.

Sed adhuc aliter nitunt̃ probare chriſtũ ſm
a hominẽ eſſe perſonã: quia chriſtus ſm ꝙ ho-
mo predeſtinatus eſt vt ſit dei filius: ſed illḋ
eſt ꝙ vt ſit predeſtinatus eſt: ergo ſi predeſti
natus eſt ſm ꝙ homo vt ſit filius dei: et ſm ꝙ
homo eſt filius dei. Ad quod dici poteſt chri
ſtum eſſe id quod vt ſit predeſtinat⁹ eſt. Eſt
eñ predeſtinatus vt ſit filius dei: ⁊ ipſe vere
eſt filius dei: ſ3 ſm hominẽ ꝑ̃deſtinatus ẽ vt b
ſit filius dei: quia per gratiam habet hoc ſm
hominẽ: nec tamen ſm hominẽ eſt filius dei:
niſi forte ſm vnitatis perſone ſit expreſſiuum
vt ſit ſenſus: ipſe qui eſt homo eſt dei fili⁹: vt c
autem ip̃e ens homo ſit dei filius per gratiam
habet: ſed ſi cauſa notet̃ falſum eſt. Nõ enim
quo homo eſt eo dei filius eſt.

An filius dei ſit predeſtinatus. Arti. IIII

Einde querit̃ de hoc qḋ dicit: [Chriſtus ſm D
d ꝙ hõ predeſtinatus eſt vt ſit dei filius. ⁊c̃.]
s. a. Gratia huius incidit hic queſtio de ꝑ̃de-
ſtinatione vt filiȷ̃ dei. de qua breuiter queramus tria
ſcꝫ vtrũ filius dei ſit predeſtinatus. Secundo vtrũ
filius dei ſit predeſtinatus eſſe filius dei. Tertio vtꝝ
filius dei predeſtinatus eſt eſſe homo. Ad primum Arguit̃ ꝓ̃o
obȷ̃icit̃ ſic dicit aug. vt ſupra habita eſt auctoritas ꝙ
talis fuit illa vnio que deũ faceret hominẽ/⁊ hominẽ
deũ: vt omnia que vere dicunt̃ de homine dicant̃ de
deo/⁊ ecõuerſo: g̃ cũ hec ſit vera filius dei eſt homo/
⁊ homo eſt ꝑ̃deſtinat⁹: videt̃ ſequi propter regulã an
tepredicamẽtalẽ Augu. ꝙ filius dei ſit ꝑ̃deſtinatus.
Itẽ ſm opinionẽ ſecundã chriſtus non eſt niſi vnũ 2o
ſolũ ſuppoſitũ: ſed de hoc ſuppoſito verũ eſt dicere ꝙ
eſt predeſtinatũ: g̃ filius dei eſt predeſtinat⁹. Si di Sol'o
catur ꝙ hoc nõ valet: quia filius dei nõ nominat ali-
quid niſi quod eſt eternũ. ꝑ̃deſtinatio aũt paſſiua nõ
eſt niſi temporaliũ reꝝ. Cõtra video ꝙ hec cõcedit̃ Replica
filius dei mittit̃: filius dei datur. ſicut probat̃. I. lib.
diſ. xv. ſed mittitur ⁊ datur tẽpus cõnotant ſm actũ
quia nõ ab eterno deo cõueniunt. ꝑ̃deſtinari autẽ nõ
cõnotat tempus: ergo videtur ꝙ multo magis debe-
at cõcedi filius dei ẽ predeſtinatus q̃ꝫ filius dei ẽ miſ-
ſus. Item in aliȷ̃s predeſtinatis video ꝙ nõ opor- 3o
tet addere ſm ꝙ. dicimus eñ ſimpliciter ꝙ Petrus
predeſtinatus ſit ⁊ Paulus: ergo videt̃ ꝙ nec in xp̃o
addere oportet: ergo ſimpliciter põt dici filius dei eſt
predeſtinatus. Item predeſtinatio proprie perſo- 4o
ne ẽ ⁊ nõ nature. nõ eñ dicimus ꝙ corpus Petri ꝑ̃-
deſtinatũ ſit/nec anima eius: ſed ip̃e petr⁹ cũ ſm ſan-
ctorũ dicta chriſtus ſit predeſtinatus/predeſtinatio
cõuenit ei inquantũ ẽ perſona: ſed inquantũ eſt perſo
na ẽ filius dei: ergo videtur ꝙ filius dei ẽ predeſtina-
tus. Itẽ poſito aliquo ſubiecto nõ oportet ꝙ pre- 5o
dicatũ reddat̃ ei per ſe niſi fiat reduplicatio circa ſub-
iectum illud: vt cũ dico homo de ip̃o poſſum predica-
re id quod per ſe cõuenit/⁊ id quod cõuenit per aliud
⁊ id quod cõuenit per accidens. Eſt eñ homo anĩal
rationale/mortale: ⁊ homo eſt corpus animatũ quod
non cõuenit per ſe: ſed inquantũ animal. ⁊ homo ẽ al
bus quod conuenit per accidens: ergo videtur ſimili
ter ꝙ cũ filius dei ſit quoddam ſubiectum ꝙ poteſt ḋ
ip̃o vere predicari quod conuenit ei per aliud: ſed per
hoc ꝙ eſt homo conuenit ei eſſe predeſtinatum: ergo
ſimpliciter poſſum concedere filius dei eſt predeſtina
tus. Itẽ alia predicata que conueniunt ſibi inquã 6o
tũ homo poſſum ꝑ̃dicare ſimplicit̃ de ip̃o/ſicut nat⁹
⁊ paſſus ⁊ mortuus: g̃ videt̃ ꝙ illud ſimpl'r cõceden-
dũ eſt ꝙ filius dei eſt ꝑ̃deſtinat⁹. Sed cõtra filius Rões ꝓ ꝺi
dei eſt eternus: nullũ eternũ poteſt eſſe predeſtinatũ: tate ꝓ̃a

2a g̃ filius dei nõ poteſt eſſe predeſtinatus. Jtẽ filius
dei eſt predeſtinãs: p̃deſtinãs aũt nunq̃ȝ poteſt eſſe p̃
deſtinatũ: g̃ filius dei nõ põt eſſe p̃deſtinatus / qd̃ con
Solutio cedimus Dicentes ad primũ q̄ talis eſt vnio ſcd̃a
ad primũ hoc intelligit̃ in his que in ſuo intellectu nõ habẽt ra
tionẽ opponis ad filiũ dei: ſicut factus creatus crea
tura / p̃deſtinatus / recẽs / ⁊ hmõi. hec eĩ oĩa etiã de
homĩe illo non dicunt̃ / gratia pſone vel ſuppoſiti: ſed
gratia nature humane / ſicut ſupra patuit in explana
tione ſecunde opiniõis / vbi d̃r xp̃s p̃deſtinat⁹ / ſm q̄
Ad 2m eſt in natura humana. Ad aliud dõm q̄ ſuppoſitũ
illud ſicut nec pſona eſt p̃deſtinatũ niſi gratia nature
Ad replicã. humane. Ad id qd̃ cõtra obijcit̃ de miſſione dicen
dũ q̄ nõ eſt ſimile: q2 miſſio in ſe habet eternũ ⁊ tẽpo
rale: ⁊ p tẽporale tñ determinat̃. ſicut dicit Augu. q̄
mitti eſt cognoſci q̄ ab alio ſit: ſed p̃deſtinatio nõ clau
dit in ſe eternũ ſm q̄ eſt paſſiua. ſed tẽporale tm̃: vnde
miſſio filij nõ p̃cedit mitti: ſicut p̃deſtinatio p̃cedit pre
Ad 3m deſtinatũ. Ad aliud dicendũ q̄ in alijs nõ oportet
addere: quia forma illoꝝ nihil ſignificat oppoſitũ p̃
deſtinatiõi: q2 forma illoꝝ dicit illd̃ qd̃ nõ eſt ab eter
no: ⁊ ideo determinatio claudit̃ in intellectu eorũ. in
filio aũt dei totũ oppoſitũ eſt: quia cõtrariũ p̃deſtina
Ad 4m tioni claudit̃ in intellectu filij dei. Ad aliud dicẽdũ
q̄ p̃deſtinatio pſone eſt: ſed nõ gratia pſone / q̄nimo ẽ
gratia nature in pſona: q2 gratia illius tẽporalis eſt
pſona vel eterna. vnde in alijs in quib⁹ vtrũq̃ȝ tẽpo
rale eſt. ſ. nature ⁊ pſone nõ eſt oppoſitio forme ſubie
cti ad predicatũ: ſed in xp̃o nõ cõuenit gratia pſone /
ſed gratia nature tẽporalis: ⁊ ideo oportet addere de
Ad 5m terminationẽ. Ad aliud dõm q̄ licet predicatũ nõ
ſemp per ſe reddat̃ ſubiecto: tñ nunq̃ȝ aptat̃ ei p̃dica
tũ qd̃ oppoſitũ eſt ei / niſi aliqua determinatio addat̃
gratia cuius cõuenit ei. ſic aũt eſt in ꝓpoſito q̄ p̃dica
tũ oppoſitionẽ habet ad ſubiectũ: ⁊ ideo oportet ap
ponere determinationẽ alterius nature gratia cuius
ea que oppoſita ſunt in ſe cõueniũt in xp̃o ꝓpter vnio
Ad 6m nẽ duaꝝ naturaꝝ factã in pſona eterna. Ad aliud
dõm q̄ nõ eſt ſimile de quibuſdã alijs p̃dicatis q̃ nõ
habent oppoſitionẽ ad ſubiectũ: vt dictũ eſt. ⁊ de illis
que ex ſe oppoſitionẽ exprimũt: puta naſci / pati / mori
cõueniũt pſone gr̃a ſuppoſiti. creari aũt ⁊ eſſe recentẽ
⁊ eſſe predeſtinatũ nõ cõueniũt ſuppoſito niſi gr̃a na
ture: ⁊ ideo ſunt nature p ſe ⁊ imediate / ⁊ perſone per
conſequens: ⁊ ideo nõ eſt ſimile de illis.

### Arti. V — An filius dei ſit p̃deſtinatus eſſe dei filius

S Ecundo querit̃ vtrũ filius dei ſit p̃deſtinat⁹
Arg. primo q̄ ſic. eſſe filius dei: videt̃ q̄ ſic: q2 hic hõ eſt p̃deſti
natus vt ſit filius dei: ⁊ hic hõ eſt filius dei:
g̃ hic homo eſt predeſtinatus vt ſit filius dei: g̃ filius
2o dei eſt p̃deſtinatus vt ſit filius dei. Jtẽ Dama. dic̃
q̄ nature xp̃i ſibĳnuicẽ ſua cõicant ydeomata. i. pro
prietates: ſed vna ꝓprietatũ eſt p̃deſtinatio vt ſit fili
us dei: g̃ hec cõicat̃ filio dei: g̃ filius dei eſt p̃deſtina
Rõ in opm tus vt ſit filius dei. Sed cõtra cõpoſitio importa
eſt iſta p ve ta p li eſt / cũ dicit̃ filius dei eſt p̃deſtinatus vt ſit fili⁹
ritate. dei / ex vtraq̃ȝ parte habet oppoſitionẽ. ſ. ex parte ſub
iecti ⁊ ex pte determĩatiõis p̃dicati: g̃ illa falſior eſt q̃ȝ
2a prima / hec. ſ. filius dei eſt p̃deſtinatus. Jtẽ nihil p̃
deſtinat̃ ad id qd̃ nõ eſt eternũ eſſe filiũ dei eſt eternũ:
g̃ nihil p̃deſtinat̃ ad hoc. Probatio prime: q2 ſecũda
p ſep3. q2 dicit aug. q̄ p̃deſtinatio eſt p̃paratio gr̃e in
preſenti / ⁊ glorie in futuro: nec gratia vt p̃ns / nec glo
ria in futuro nobis eſt eterna: g̃ cũ oĩs p̃deſtinatio ſit
ad hoc nõ p̃deſtinat̃ aliq̃d ad eternũ: g̃ cõſtat prima: ⁊
ſic ſequit̃ cõcluſio. Solutio dõm q̄ hec eſt falſa in Solutio
eo iudicio filius dei eſt p̃deſtinatus vt ſit filius dei: ⁊
falſior q̃ȝ prior Ad argumentũ p̃mũ dõm eſt (vt ſu Ad primũ
pra) q̄ licet hic homo ſit p̃deſtinatus / nõ ſequit̃ hoc d̃
filio dei: q2 in ſignificato nomĩs cũ d̃r hic hõ claudit̃
illud / gratia cuius filio dei p̃deſtinatio cõuenit. nõ au
tẽ cũ dicit̃ filius dei ⁊c̃. Ad aliud dicendũ vt prius Ad 2m
q̄ illa ydeomata que nõ per ſe ſunt hypoſtaſis: ſȝ per
prius ſunt nature / ⁊ habẽt in ſe rationẽ oppoſitionis
ad ſubiectũ nõ cõicant̃ ſine determinatione: tñ nota
q̄ in rõne q̃ ad oppoſitum vltimo eſt inducta / etiã pec
catũ eſt: quia nõ tenet niſi de his p̃deſtinatis in quib⁹
gratia p̃parata eſt habitus ipſos reddens bonos: ⁊
opa eoꝝ faciens bona ⁊ meritoria. in xp̃o aũt eſt gra
tia vniõis ad eſſe ⁊ nõ p̃parat̃ ei vt ipẽ homo ſit eter
nus filio dei: ſed tñ hoc nõ p̃parat̃ filio dei: q2 ipſe ab
eterno fuit hoc.

### An cõcedẽdũ ſit fili⁹ dei p̃dſtinat⁹ ẽ eſſe hõ — Artic. VI

T Ertio querit̃ vtrũ cõcedendũ ſit q̄ fili⁹ dei eſt
p̃deſtinatus eſſe homo: videt̃ q̄ nõ: q2 p̃deſti Arg. p̃mo
natio virtute p̃poſitõis prenotat ordinẽ acceſ q̄ nõ.
ſiõis reſpectu p̃deſtinati: cũ igit̃ h̃ fili⁹ dei ſit p̃deſtina
tus oporteret q̄ aliq̃d prius eſſet filio dei / qd̃ falſũ eſt
Jtẽ nihil p̃deſtinat̃ niſi ad gratiã vel ad gloriã vel 2o
alteꝝ illoꝝ. filio aũt dei nulla gratia p̃parat̃. non eĩ
fit ei gratia p vnionẽ ad hominẽ: ſed potius ecõuerſo
g̃ videt̃ q̄ filius dei nõ ſit p̃deſtinatus eſſe homo in tẽ
pore. Sed cõtra in lr̃a ſupra habitũ eſt q̄ p̃deſtina In opm p̃o
tũ eſt q̄ filius dei eſſet homo in tẽpore: g̃ videt̃ q̄ fili⁹
dei p̃deſtinatus eſt eſſe homo. P̃ filius dei eſt hõ p̃ 2o
deſtinatus: aut g̃ hoc ab eterno eſt veꝝ / aut nõ. ſi ſic /
g̃ ab eterno veꝝ eſt q̄ filius dei ſit homo / qd̃ falſum ẽ
Si in tempore eſt verificatũ: g̃ ante fuit p̃uiſum vt fie
ret: aut g̃ vt fieret p gratiã / aut p naturã. nõ p natu
rã / g̃ p gratiã: ſed nulla gratia dat̃ in tẽpore q̃ añ non
prepareť: g̃ p̃uiſum eſt ⁊ p̃paratũ p gratiã vt fili⁹ dei
ſit homo iſte predeſtinatus: g̃ a diffinitõe filius dei p̃
deſtinatus eſt eſſe homo. Solutio dicendũ q̄ hec Solo.
eſt duplex filius dei p̃deſtinatus eſt eſſe hõ / ex eo q̄ li
p̃deſtinatus poteſt determinare cõpoſitionẽ ex parte
ſubiecti / vel ex pte p̃dicati. Si determinat eã ex parte
p̃dicati vera eſt: quia filiũ dei eſſe hominẽ p̃deſtinatũ
eſt. Si aũt determinat ex pte ſubiecti / ſic notabit an
tecesſionẽ ad ſubiectũ: ⁊ ſic falſa eſt. Quidã tñ dicunt
q̄ alia de cauſa eſt duplex. ſ. ex eo q̄ li p̃deſtinatus p̃t
eſſe nomẽ vel pticipiũ: ⁊ ſi ſit nomẽ dicũt q̄ eſt adiecti
uũ huius q̄ dico hõ. ⁊ ſi ſit participiũ / tunc dicunt eã
eſſe falſam. ſed hoc nihil: q2 ſi ſit nomẽ tunc nihil eſt di
ctũ q̄ filius dei p̃deſtinatus eſt eſſe hõ: ſicut nihil eſt
dictũ filius dei eſt eſſe homo / q̄n incõgrua eſt locutio
vnde prima diſtinctio melior eſt. Ad id g̃ qd̃ obijcit̃ Ad p̃a obia
cõtra dicendũ q̄ ſi li p̃deſtinatus determinet cõpoſi ſimul.
tionẽ ante ⁊ poſt / tunc notabit antecesſionẽ reſpectu
filij dei ſm ſe: ſed potius reſpectu hoĩs eſſe. ⁊ per hoc
patet etiã ſolutio ad ſecuudum.

### An xp̃s ſit p̃deſtinatus vt ſit hic homo. — Arti. VII

D Einde querit̃ de hoc qd̃ dicit: [Filius dei ſm
hominẽ p̃deſtinatus eſt vt ſit filius dei. ⁊c̃.]
ſ. b. Per hoc eĩ hec videt̃ a magiſtro cõcedi: Arg. p̃mo
hic homo vel xp̃s ens homo p̃deſtinatus eſt vt ſit fi q̄ ſic.
lius dei: ⁊ videt̃ hec falſa eſſe: hic homo vel homo pre
deſtinatus eſt vt ſit filius dei. nihil eĩ eſt p̃deſtinatũ
qd̃ nõ ab eterno ſit p̃deſtinatũ. ſi g̃ hec eſt vera: xp̃us

ſm hominē vel humanā naturā eſt p̄deſtinatꝰ videt̃ ꝙ ante incarnationē fuit vera:ſicut etiā hec vera dici tur eſſe petrꝰ ab eterno p̄deſtinatꝰ eſt vel fuit p̄deſti-

In ꝯtrariū natus. Sed cōtra cū dicit̃ hic homo ante incarna- tionē eſt p̄deſtinatꝰ hic homo ſupponit ei qđ ſupplet vicē verbi p̄teriti tp̄is ſicut cū dicit̃ hic homo eſt ama tus. Regula autē eſt ꝙ terminꝰ ſupponēs verbo p̄- teriti tēporis ſupponit ꝓ p̄ſenti vel ꝓ p̄terito ſi debe at locutio eē v̄a. Seq̄t̃ ei:hic ē amatꝰ vl' hō ē amatꝰ ergo homo qui eſt vl' fuit eſt amatꝰ:ergo a ſili:ſi xp̄s eſt p̄deſtinatꝰ: videt̃ ꝙ aut hō q̇ eſt aut q̇ fuit: ꝛ cū ꝓ vtroqꝫ falſa ſit:videt̃ locutio ſimplicit̃ eſſe falſa ꝛ hec obiectio generalis eſt de oībus p̄deſtinatis.

Solutio ad totū So- lutio dicēdū ꝙ hoc nō ſequit̃ cū verbis ꝑtinētibꝫ ad actū aīe vel notantibꝫ formā:qꝛ illa habēt vim am pliādi:nō eñ ſequit̃ cogitatū eſt de hoīe:ergo de ho- mine qui eſt vel q̇ fuit:nec ſequit̃ homo pōt vel potu it eſſe:ergo homo qui eſt vel qui fuit. Similit̃ eſt hoc qđ dico ꝙ p̄deſtinatꝰ pertinet ad actū intellectꝰ ꝛ vo luntatis diuine:qꝛ eſſe p̄deſtinatū eſt eſſe p̄uiſum ad gratiā ꝛ gloriā:ꝛ ideo nō ſequit̃ ꝙ ſit de eo q̇ ē vl' fuit ſed ſufficit ei ꝙ futurus ſit.

Arti. VIII. D

## An chriſtus ſit predeſtinatus ad gratiam infinitam.

Einde querit̃ de hoc qđ dicit [Ut autē ipſe

o ens homo ſit filiꝰ dei per gratiā habet]. s. c.

Ex hoc eñ videt̃ ꝙ ad gratiā ſit p̄deſtinatus

Arguit̃ p° ſic. ꝛ videt̃ ꝙ ad gratiā infinitā. Joh. 3. Nō eñ dat deꝰ ad menſurā ſpiritū: qđ aūt nō eſt ad menſurā hoc eſt infinitū:ergo videt̃ ꝙ ipſe p̄deſtinatꝰ ſit ad gratiā in-

2o finitā. Itē vidimꝰ gloriā eiꝰ quaſi vnigeniti a pa tre plenū gratie ꝛ veritatis. Cū autē nulla gr̃a ſit in ipſo niſi p̄parata ab eterno/ videt̃ eſſe p̄deſtinatꝰ ad plenitudinē gratie de cuius plenitudine oēs accepi-

3o mus gratiā ꝓ gratia. Itē glo. ſup illud Rom. 8. Nullū maiꝰ donū poſſet deꝰ p̄deſtinare homī q̄ꝫ vt verbū ſuū per qđ omnia creauit caput faceret illis ꝛ ipſos tanq̄ꝫ mēbra capitis:ergo p̄deſtinatꝰ eſt ad h̄ ꝙ ſit caput eccleſie:ſed caput influit ſenſum ꝛ motū: ergo ipſe influit eccleſie ſenſum fidei ꝛ motū gratie:h̄ autē nō p̄t facere niſi ex plenitudine diuina:qꝛ fides ꝛ gratia a nulla creatura poſſunt eſſe:ergo hic homo

In oppoſitū ꝙ nō p° p̄deſtinatus eſt ad gratiā infinitā. Sed cōtra gr̃a infinita eſt gr̃a increata:qꝛ nihil infinitū eſt niſi in- creatū:ſed increatū eſt eternū:qđ autē eternū eſt ni- hil p̄cedit:ergo illā gratiā nihil p̄cedit. Omne autē qđ p̄deſtinatiōe preparat̃ p̄cedit p̄deſtinatio:ergo p̄- deſtinatio non p̄parat huic homī gratiā infinitā vel

2o increatā. Itē p̄deſtinatio eſt p̄paratio gratie in p̄- ſenti ꝛ glorie in futuro:ergo ꝛ gratia ꝛ gloria p̄para ta ex p̄deſtinatōe habēt cōditionē ex differētia tēpo- ris cōſignata:eternū autē ꝛ infinitū nullā habēt ta lē tēporis cōditionē:ergo p̄deſtinatio nō p̄parat gra

Solo tiā eternā vel infinitā. Solutio dicendū ꝙ omnis gratia que habet̃ a chriſto homīe ſm ꝙ p̄deſtinatus p̄deſtinata eſt ſecū ꝛ p̄parata ſibi ꝛ eſt creata in tēpo- re:qꝛ ipſe nō eſt p̄deſtinatus niſi inquātū hō vt priꝰ ꝓbatū eſt: ꝛ hec gratia eſt duplex. ſ. vniōis ꝛ habitꝰ vnionis autē iterū eſt duplex. ſ. prima ꝛ cōſequens. Prima eſt vt vere ſit filiꝰ dei ꝛ vnio creata ſit q̇ me- dia eſt īter hominē ꝛ filiū dei ꝛ naturā humanā ꝛ na turā diuinā: vt ſupra ꝓbatū eſt:qꝛ ē relatio ſe tenēs ſm rē ex parte vniti qđ creatū eſt: ꝛ ad hāc gratiā ſe- quitur multiplex alia gratia. ſ. ꝙ ſit caput ꝙ ſit deꝰ ꝙ ſit influēs eccleſie ſenſum ꝛ motū / que licet infini- ta ꝛ eterna ſint in ſe:tamē relatio homīs ad illa non eſt niſi per vnionē in tēpore factā: ꝛ ſic inquātū ſunt hm̄ōi homīs p̄parata ſunt ꝛ p̄deſtinata:ꝛ nō ſimpli citer:ꝛ hoc eſt qđ intēdit dicere magr̄ ex verbis Au- gu. ꝛ per hoc patet ſolutio eorū que primo obijciunt̃ in cōtrariū. Gratia autē habitualis eſt charitas xp̄i ꝛ virtutes alie: ꝛ ad has cōſequēs gratia eſt meritū chriſti ꝛ hm̄ōi:ꝛ per hāc diſtinctionē patet ſolutio ad omnia queſita.

Opinio aliorū. Sunt tamē qui hoc dicūt ꝙ nul- la gratia infinita p̄deſtinata eſt in chriſto / ꝛ dicūt ꝙ chriſtꝰ eſt caput eccleſie dupliciter:ſcꝫ in cōformita- te nature:ꝛ ſic nō influit niſi per meritū. ſ. qꝛ meruit eccleſie gratiā: ꝛ eſt vnū caput cū patre ꝛ ſp̄ūſancto: ꝛ ſic influit:ꝛ hoc nō p̄deſtinatū eſſe chriſto dicunt.

Inſtātia cōtra illā opinionē. Sed cōtra hic homo habet influere ſenſū ꝛ motū ꝛ non ab eterno:ergo in tēpore ꝛ nihil habet in tēpo re niſi qđ eſt ei p̄paratū ab eterno:ergo ab eterno eſt

Alia. ei hoc p̄deſtinatū. P̄ in littera ſepe habet̃ p̄deſtina tū eſt vt eſſet deus naturalit̃ ꝛ vere: ꝛ vt eſſet filiꝰ dei vnde patet illā opinionē eſſe falſam: licet eñ eternū nō incipiat in ſe:tamē iſte incepit eſſe eternū. i. id qđ eternū ꝛ infinitū: vnde etiā iſta concedit̃ ꝙ iſte puer creauit ſtellas: ꝛ hoc (qꝛ gratiā habuit) ſine dubio p̄- deſtinatū fuit anteq̄ꝫ gratiā haberet.

## An chriſtus ſit adoptiuꝰ filius ſm ꝙ homo vel alio modo.

Si vero queritur an chriſtus ſit adoptiuꝰ fili us ſm ꝙ homo ſiue alio modo: reſpōdemus chriſtū nō eſſe adoptiuū filiū aliq̊ mō ſed tm̄ naturalē: quia natura filius dei eſt: nō ado- ptiōis gratia. Nō aūt ſic dicit̃ filius natura: a vt dicit̃ deus natura. Nō enim eo filius eſt q̇ deus eſt: quia natiuitate diuinitatis filiꝰ eſt: ꝛ tamen dicit̃ natura vel nature filius: qꝛ na turaliter eſt filius: eandē ſcꝫ habēs naturam quā ille qui genuit. Adoptiuus autē filiꝰ nō

Eph. 2. b eſt: qꝛ prius nō fuit: ꝛ poſtmodū adoptatiuꝰ eſt ī filiū: ſicut nos dicimur adoptiui filij: qꝛ cū nati fuerimꝰ ire filij: per gratiā facti ſumꝰ filij dei: chriſtus vero nūq̄ꝫ fuit nō filius dei: ꝛ ideo nō eſt adoptiuus filius.

Arti. IX. I

### An chriſtus ſit filius adoptiuꝰ.

I v̄o querit̃ an chriſtꝰ ſit adoptiuꝰ] Hic in-

s cipit illa pars que eſt de q̄ſtione illa: Utrum chriſtus ſit adoptiuus filius. Et diuiditur in partes duas: In quarum prima oſtendit ꝙ chri- ſtus nō ſit adoptiuꝰ: ſed natura filius. In ſecūda ob ijcit iu cōtrariū ꝛ ſoluit ibi [Sed ad h̄ opponit̃] An- te litterā oportet hic duo querere. ſ. quid ſit adoptio in diuinis: ꝛ vtrū deo cōueniat aliquid adoptare. Ad primū ꝓcedit̃ ſic: Adoptio a viris ꝑfectis ſic de- ſcribit̃ / eſt extranee ꝑſone in filiū vel nepotē: vel de- inceps aſſumptio legittima. Sed cōtra hāc diffini-

Arguit̃ p° tionē videt̃ ꝙ eſſe in diuinis ſm deū nō eſt aliq̇s ex- traneus deo: ergo videt̃ ꝙ nullus adoptat̃. Item 2o pater adoptiuꝰ nō ꝓducit filiū adoptiuū ad eſſe: ſed deus nos oēs ꝓducit ad eſſe: ergo nō pōt eſſe pat̃ ad-

3o optiuꝰ. Pꝫ cū adoptio duobꝫ modis fiat ꝑ leges.ſ.
qñ aliquis ꝗ ſui iuris eſt adoptaṫ in filiū ⁊ trāſit ĩ tu
telā ⁊ dñiū adoptatoris: ⁊ ſil'iter filij ſi quos habet/
que adoptio diciṫ arrogatio. Alia fit adoptio eius ꝗ
nō eſt ſui iuris: ſed adhuc ſub gubernatiōe natural'
Queſtiūcula ſecūda — pr̄is ⁊ ille nō trāſit ad dñiū adoptatoris. Queriṫ
vtrū vtroqꝫ mō poſſit eſſe in diuinis: videṫ ꝙ ſic: q̄a
oēs adoptamur/ ſiue ſimus noſtri iuris ſiue nō: er
Arguiṫ p° — go videtur ꝙ vtroqꝫ modo ſit in diuinis. Sed con
ꝯ q̄ſtiūculā — tra adoptatꝰ ſimplici adoptōe nō trāſit in regimē pa
tris adoptātis: ſed oēs adoptati a deo trāſeūt in di
ſciplinā ⁊ gubernationē dei: ḡ nō eſt in diuinis ado
2o ptio/ ꝓbatio medie. Ad Heb. 12. Quis filius quem
nō corripit pr̄ ꝙ ſi extra diſciplinā eſtis cuiꝰ partici
3o pes facti ſunt oēs: ergo adulteri ⁊ nō filij eſtis. Itē
ad Rom. 8. Nō eñ accepiſtis ſpiritū ſeruitutis ite
rū in timore: ſed accepiſtis ſpiritū adoptiōis filiorū
in quo clamamꝰ abba pr̄: ergo videṫ ex quo oēs trāſi
mus ĩ dñiū dei ꝑ adoptionē ꝙ nō ſit ibi adoptio ſim
Queſtiūcula tertia — plex: ſed arrogatio tm̄. Pꝫ queriṫ de hoc ꝙ dicit: aſ
ſumptio legittima: videṫ eñ eo ipſo aſſumere ꝙ cre
Arguiṫ p° — at nos: q̄r creat nobis lumē vultus ſui qđ eſt imago
in aīa noſtra: ergo videṫ ꝙ ex creatiōe ſumit nos ĩ fi
2o lios. Pꝫ ſancti dicūt ꝙ ſumꝰ filij dei ex creatiōe ⁊ nō
In ꝯriū p° — naturales filij: ergo ſumꝰ filij adoptiui. Sed cō
tra adoptio nō fit niſi de cōſenſu libe. ar. nō eñ com
pellit nolētes: vt dicit Dam. Ex creatōe autē nō ha
bemus vſum libe. ar. ergo videṫ ꝙ nō ſumꝰ filij ado
2o ptiui ex creatōe. Pꝫ ſpūs adoptiōis diſtinguiṫ a ſpi
ritu ſeruitutis: vt priꝰ patuit in auctoritate inducta
ſed ſpūs adoptiōis eſt in gratia gratū faciēte quā nō
habemꝰ a natura: ergo videṫ ꝙ nō a natura ſumus
3o filij adoptionis. Itē apl'us Rom. 8. infert poſtq̄
locutꝰ eſt de ſpū adoptiōis ꝗ facit filios: ſi autē filij ⁊
heredes/ heredes quidē dei/ coheredes autē chriſti.
Queſtiūcula quarta. — Cōſtat autē ꝙ nō ex creatiōe ſumꝰ heredes: ergo vi
detur ꝙ non ex creatiōe ſumus adoptati. Prete
Queſtiūcula q̄nta. — rea que eſt legittima aſſumptō: ſi illa eſt que fit ſm̄ le
ges: illa fit de conſenſu principis/ ſi eſt arrogatio vel
de cōſenſu ſenatꝰ/ qñ eſt adoptio ſimplex: nihil autē
ſil'e eſt in diuinis: ergo videṫ ꝙ quo ad hoc valet dif
finitio. Itē Augꝰ dicit ꝙ ꝑ filiū naturalē adoptāṫ
filij gratie: ⁊ h̄ mō nō fit adoptio legittima: imo ado
ptat pater ſine filio: ergo videṫ ꝙ adoptio in diuinis
Sol'o — nō fit ad ſil'itudinē legalis adoptiōis. Sol'o dicē
dū ꝙ in parte adoptio diuina ſil'is eſt legali: ⁊ in pte
diſſimil': quo ad hoc eñ ꝙ adoptio fit ꝑ fauorē ado
ptantis ſpecialē ad adoptatū: ⁊ ꝙ adoptatꝰ arroga
tione trāſit in ptātē pr̄is adoptiui: ⁊ quo ad ius ali
qđ in hereditate ꝑcipiēda ſm̄ filij portionē adoptiui
ſil'e eſt. Quo ad hoc aūt ꝙ pater adoptiuꝰ adoptiuo
filio nō teneṫ dare niſi quartā partem bonoꝝ: ⁊ quo
ad hoc ꝙ eſt extraneꝰ ab eo/ ita ꝙ ipſe nō cōduxit euꝫ
ad eſſe eſt aliquātulū diſſimile. Dicēdū ergo ad pri
mū ꝙ omnes adoptamur in filios propter heredita
tis beatitudinem patris noſtri adoptantis. Unde
in pſ̄. 141. Portio mea domīe ſit in terra viuentiū.
Et alibi: Funes ceciderūt mihi in preclarꝭ ⁊ baruch
O iſrl' q̄ magna eſt domꝰ dei ⁊ ingēs locꝰ habitatio
Ad primū. — nis eius. Ad primū ergo dicendū ꝙ extraneꝰ deo
nullus eſt: q̄a extraneus in ſacra ſcriptura notat in
alienationē vitij: ſicut diciṫ in pſ̄. 17. Filij alieni mē
titi ſunt mihi: filij alieni inueterauerūt ⁊c̄. Uñ Act.
17. dixit Paulus: Quoniā ipſiꝰ genus ſumꝰ: ſꝫ ta
men nō ſumꝰ filij ꝑ naturā: ideo adoptari poſſumꝰ.
Ad aliud dicendū ꝙ licet nos deꝰ ad eſſe cōducat — Ad ſecūdū.
tamē nō generādo cōducit ad eſſe: ⁊ iō nō ſumus de
ſua ſubſtātia: ⁊ ideo nō poſſumꝰ adoptari. Ad aliud — Ad tertiū: ad q̄ſtiūculā ſecūdā
dicendū ꝙ aliqđ ſil'e inueniṫ vtriqꝫ adoptiōi quo ad
hoc ꝙ q̄dā ꝑ adoptiōis gratiā in ſpecialiorē poteſta
tē tranſeūt dei adoptantis/ ſicut religioſi qui q̄ſi ar
rogan̄ṫ eo ꝙ faciūt ſe primo mācipatos per illud qđ
habeṫ Deuṫ. 33. Dixerūt patri ſuo ⁊ matri ſue: Ne
ſcio vos ⁊ fratribꝫ ſuis ignoro illos. Alij vero rema
nentes in ſeculo/ in cura ⁊ ſolicitudine huiꝰ vite ma
gis habēt aliqđ ſil'e adoptiōi ſimplici. Ad aliud di — Ad obiecta ꝯ ſecūdā q̄ſtiunculā.
cendū ꝙ bene cōcedo ꝙ oēs illi adoptan̄ṫ ꝗ per teſti
moniū gratie adoptantis ⁊ ſpūſſancti poſſunt dicere
in cōſciētia abba: quia illud teſtimoniū exigiṫ ſic di
cit apl's ad Rom. 8. Ipſe eñ ſpiritꝰ teſtimoniū red
det ſpūi noſtro ꝙ ſumꝰ filij dei: ſi aūt filij ⁊ heredes/
heredes q̄dē dei/ coheredes autē chriſti. Ad hoc qđ — Ad queſtiūculā tertiā: ⁊ ad duo p̄ma.
queriṫ vtrū eo ꝙ ſimꝰ adoptati creamur: dicendū ꝙ
nō: q̄r ſola ſil'itudo imaginis nō facit nos filios ado
ptiuos/ eo ꝙ ex creatiōe nulla creatura habet vnde
poſſet iure tranſire in dñiū patris: ſed ex adoptione
accipimꝰ pignꝰ ſpūs quo acquirimꝰ ius in heredita
te ⁊ dñiū patris/ nec tamē dico ꝙ exigaṫ vſus liberi
arbi. q̄r ſic paruuli non haberēt gratiā adoptionis.
Ad hoc autē qđ obijciṫ ꝙ nō cōpellit nolētē ſiue re — Ad obiecta in cōtrariū
nitentē: dicendū ꝙ cōpellere eſt vim inferre: ⁊ vis in
fertur vbi eſt obſtaculū reſiſtens: ſed in paruulis hic
⁊ ſi ſit obſtaculū originalis peccati: nō tamē eſt reſi
ſtens cū cōtrario conatu volūtatis: ⁊ ideo nō eſt ibi
cōpulſio. Pꝫ ad hoc ꝙ adopten̄ṫ operan̄ṫ paſſio chri
ſti ⁊ fides matrꝭ eccleſie: ⁊ talis adoptio fit ex nimia
liberalitate principis adoptātis. Ad hoc quod vl — Ad q̄ſtiūculā quartā
terius queriṫ vtrū ſit de cōſenſu principis: dicendū
ꝙ nō: quia iſta adoptio eſt principis: nō eñ oportet
ꝙ princeps querat cōſenſum alterius vel ſenatꝰ vn
de etiā largiori manu fit iſta adoptio q̄ humana: q̄a
fit ad totā hereditatē: ⁊ nō ab eo qui careat filio: ſed
ab eo qui habet vnigenitū: ⁊ qui multos filios ĩ glo
riam domus ſue adducit/ nec fit ab eo qui alios non
adoptauerit: ſed ab eo qui omnes adoptauit: in hu
manis eñ legibꝫ nō poteſt adoptare habēs liberos
naturales ꝓpter penuriā que cōtingit ex diuiſiōe he
reditatis. Similiter nō multos pōt adoptare eadē
de cauſa: ⁊ hoc obſtaculū nō eſt ĩ diuinis: ⁊ ideo oēs
adoptari poſſumus ſinguli in hereditatē totā. Ad — Ad queſtiūculā quītā.
id qđ queriṫ vtrū fiat mediāte filio per naturā dicē
dū ꝙ ſic: pater enim adoptat a proprietate: ſed filius
nomē filiatiōis nob̄ cōmunicat ⁊ tranſfert in regnū
hereditatis ſue per ius adoptionis. Spiritus autē
ſanctus eſt quo vt pignore quodā adoptamur ꝑ cha
ritatem que filios facit. Ex autē obijciṫ ꝙ ſm̄ hoc nō
videtur eſſe legittima. dicēdū ꝙ legittima eſt adhuc
quia in humana adoptione aliud reformat pactū vt
dictū eſt ſcilicet penuria que contingit per diuiſionē
hereditatis: ſed hic quāto plures adoptantur maior
ſingulorū efficiṫ hereditas.

## An deo conueniat adoptare. — Arti. X.

S Ecūdo queritur vtrū cōueniat deo adoptare.
Arguiṫ p° ꝙ non. — Uideṫ autē ꝙ nō: q̄r adoptare non poteſt qui
multos habet filios. Pꝫ adoptio conceſſa eſt — 2o
pro ſolatiōe filioꝝ amiſſorū: vnde etiā mulieri conce
ditur in ſolatiū pro filijs defunctis: ergo videtur ꝙ

In oppoſi/ tū ꝙ ſic. deo nō cōueniat. Sed cōtra adoptare nō pōt qui generare nō pōt: ſed deus nos regenerat: ergo omēs adoptare poteſt per locū a cōtrario ſenſu quo iuriſperiti in ſuis argumētis vtūt. Unde Eſa. 66. Si ego qui generationē alijs tribuo ipſe ſterilis ero: dic dominus.

Solutio. Solutio illud queſitū iā ſupra determinatū eſt: quia de⁹ adoptare larga manu omnes pōt/ propter diuitias ſui patrimonij.

Ad obiecta. Ad hoc autē qd obijcitur dicēdū ꝙ hec adoptio nō fit propter diſtinctionē filiorū niſi dicamus ꝙ fit ad reſtaurandā ruinā in celo factā ⁊ in paradiſo: ſed hoc nō erit cōueniens niſi de illa adoptiōe qua adoptant filij ire/ de q̄ infra determinabit: q2 gratia adoptiōis ad hereditatem cōpetit omni creature ratiōali/ nec iſta gratia ꝓprie eſt in ſolatiū filioꝝ amiſſoꝝ per peccatū q2 eſſet etiā ſi peccatū nō eſſet niſi accipiat ſm accidēs hui⁹ ſtatus peccati in quo ſum⁹: ſed potius ex magnificētia imperatoris ſūmi: ⁊ ex magnitudine hereditatis ⁊ hoc videt in euāgelio ſignificari vbi dicit: Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis ⁊ pauperes ac debiles/ cecos ⁊ claudos introduc huc vt ipleat dom⁹ mea.

Arti. XI. **Utrū xp̄s dicat fili⁹ natura vt deus.**

L Einde querit de hoc qd dicit [Nō autē ſic di

Arguit po D citur filius natura vt deus dicit]. ſ. a. Hoc eīm videt falſum: q2 deus dicitur natura ſm deitatē: ergo ſicut dicit fili⁹ natura ſic deus natura.

Solutio ad totū. Ad hoc dicendū ꝙ magiſter facit vim in modo: qa quādo dicit deus natura ablatiu⁹ cōſtruit in habitudine cauſe formalis: cū autē dicit filius natura cōſtruitur in duplici habitudine. Si eīm fili⁹ dicitur perſona ſimplex ſiue aſſumpta in humanitate/ tūc li natura cōſtruit quaſi in habitudine cauſe efficientis ſm ꝙ phus dicit in quinto prime phie ꝙ natura ē ex qua pullulās pullulat primū. Si autē filius ſit perſona in duabus naturis ⁊ trib⁹ ſubſtātijs ſicut dicit ſecūda opinio/ tūc dicit filius natura/ eo ꝙ li de⁹ filiatiōe eterna que eſt ſm naturā diuinā/ ipſe eīm pſona eſt eterna perſonalitate: ⁊ hoc innuit magiſter cū dicit: Et tamē dicit natura vel fili⁹ nature: q2 naturaliter eſt filius habēs eandē naturā quā ille qui genuit. ſed in hoc eſt differētia/ ꝙ chriſt⁹ homo habuit illā naturā per grām nō adoptiōis: ſed vnionis inee ypoſtaſis ⁊ perſone que per naturā filius eſt: ⁊ ideo filiatio naturalis q̄ſi trāſit ad hūc hoīem q̄ ꝑ ſe eſt in

Arti. XII. filio dei: trāſit autē ꝑ vnionē factā in ypoſtaſi.

M **Qui ſint illi qui adoptant: ⁊ an ſint in peccato exiſtentes.**

Einde querit de hoc qd dicit [Quia cū nati

D ſumus filij ire per grām facti ſumus filij dei] ſ. b. Ex hoc eīm videt ꝙ nō adoptant niſi qui ſunt in peccato exiſtētes: hoc etiā videt ꝙ nō adoptātur niſi qui vocant: nō vocātur autē niſi qui remouētur a peccatis: vt dicit glo. ſuper illud ad Roma. 8.

Arguit po Sed cōtra peccatū poti⁹ videt eſſe cauſatiuū ire/ q̄ꝫ adoptionis. in humanis eīm adoptiōibus ſi aliqs offenderet aliquē nō adoptaret illū: ſed potius eū q̄

20 obſecutus eſt ei. Pꝫ ſm hoc videt ꝙ gratia adoptionis non competat angelo in primo ſtatu nec etiā hoī in ſtatu innocētie: ꝙ eīm angelo nō cōpetat: videt q̄a non adoptat qui iam eſt in domo: ſed angelus ſemꝑ fuit in celo ⁊ ante confirmationē ⁊ poſt: ergo videt ꝙ per adoptionē nō indigeat introduci: de homīe etiā in ſtatu innocētie videt ꝙ non indiguerit gratia adoptionis: quia peccatū qd ipm elongauerat ab hereditate nōdū fecit.

In ꝯriū obijcitur. Sed cōtra ex noſtro nō poſſum⁹ habere ius in hereditate dei: ſꝫ oportet ꝙ ex ſuo munere gratie acquiramus: ſed hoc eſt adoptare ius ex gratia nobis collata in dei hereditate acquirere: ergo adoptio competit ⁊ angelo ante confirmationē: ⁊ ſilr̄ homini in ſtatu innocētie.

Solo Solutio dicim⁹ ꝙ gratia adoptōis quiddā habet per ſe/ quiddā per accidens. Per ſe habet tria: ſcꝫ ſtatū nō filij per naturā quem inuenit in adoptato: habitū gratie gratū facientis qui habitus ſubſtātia eſt iſtius gratie per quaꝫ fit adoptio: et tertiū qd eſt effectus eius: ⁊ hoc eſt collatio/ ſiue acquiſitio iuris in hereditate patr̄ adoptantis: ⁊ penes hec tria ſibi ſubſtātialia ſaluat adoptio tam in angelo q̄ꝫ in homīe primo ante ſtatū peccati: quartū habet per accidens: ſcꝫ ſtatū peccati in quo naſcūtur qui poſt peccatū adoptātur.

Ad primū. Dicendū ergo ad primū ꝙ nō eſt ſimile de deo ⁊ homīe adoptāte: nos enim obſequijs poſſumus preuenire affectū ⁊ fauorē ſiue amorem ⁊ gratiā hominis adoptantis nos: quia non de ſuo obſequimur ei: ſed de noſtro: ſed in deo nō eſt ſic: qui nō poſſumus ei obſequi niſi de ſuo: ⁊ ideo ipſe gratia preuenit nos vt velimus: vnde prius adoptat ipſe/ ⁊ nos adoptati incipimus obſequi.

Ad ſecūdū. Ad id qd obijcit de angelo ⁊ homine primo iā patuit ſolutio.

Ad ꝯtrariū obiectū. Ad id qd cōtra obijcitur: dicendū ꝙ nō eſt idē eē in celo: vt in habitatione magis cōgrua ſm naturā/ ⁊ habere ius in hereditate regni. Primū eīm cōceſſum eſt angelo per creationē: quia dicit Beda ſuꝑ illud Geñ. 1. In principio creauit deus celū ⁊ terrā ꝙ per celū intelligitur angelica natura per celū empireū qd ſtatim vt eſt factū ſanctis angelis eſt repletū: ſecundū autē nō dat niſi ꝑ gratiā adopiōis.

Inſtātia Et ſi obijcit ꝙ naturalia nō demerētur: ergo ſi celū empireū eſt naturalis loc⁹ ⁊ datus ex creatōe ipſis angelis diabolus debuit ibi remanere.

Obiectio Dōm ꝙ naturalia q̄ ſunt partes ſubē nō amittim⁹ ſicut partes anime ⁊ corporis: de illis enim dicit Dyoniſius in lib. de diui. nomi. ca. iiij. ꝙ data demonibus naturalia dona nequaq̄ꝫ ea mutata eſſe dicimus: ſed ſunt integra ſplēdidiſſima. Sūt alia naturalia cōgrua ſm ſtatū innocētie vel gratie vel culpe: ⁊ illa mutātur in melius ⁊ in pei⁹: vt mūdus datur homini in culpa exiſtēti ad incolatū miſerie: tamē in quo mereri poſſit: paradiſus autē ſtatui innocentie in locū delitiaꝝ/ ⁊ infernus dānatis: celū autē empireū cre..turis exaltatis ꝑ glīam.

**Opinio ꝙ ſit adoptiu⁹ fili⁹.**

Sed adhuc opponit ſic: Chriſtus fili⁹ hominis eſt: id eſt virginis: aut gratia aut natura vel vtroq̄ꝫ modo. Si vero natura: aut diuina aut humana: ſed diuina nō: ergo aut humana natura aut nō natura eſt filius homīs. Si nō natura: ergo gratia tm̄: ⁊ ſi etiā natura humana: nō ideo minus per gratiā. Si ergo gratia filius hominis eſt: adoptiu⁹ filius eſſe videtur: vt idē ſit naturalis filius patris ⁊ adoptiuus filius virginis. Ad qd dici poteſt chriſtum filiū virginis eſſe ⁊ natura vel natura-

liter ⁊ gratia:nec tamē adoptiuus filius vir
ginis eſt:quia non per adoptionē:ſed ꝑ vnio
nem filius virginis eſſe dicit̃. Filius em̄ vir=
a ginis dicit̃ eo ꝙ in virgine hominē accepit in
vnitatē perſone:⁊ hoc fuit gratie ⁊ nō natu=
re. Unde Augꝰ ſuper Johan. ait ꝙ vnigeni
tus eſt equalis patri:nō eſt gratie ſed natu=
re. Qđ autē in vnitatē perſone vnigeniti aſ=
ſumptus eſt homo gratie eſt nō nature. Chri
ſtus ergo nec dei nec hominis eſt adoptiuus
filius:ſed dei naturaliter:⁊ hominis natura
liter ⁊ gratia filiꝰ. Qđ vero naturaliter ſit ho
minis filius Augꝰ oſtendit in lib. de fide ad
Petrū. Ille ſcʒ deus factus eſt naturalit̃ ho
minis filius qui eſt naturaliter filius vnige=
nitus dei patris. Qđ autē nō ſit adoptiuꝰ fi=
lius:⁊ tamē gratia ſit filius:ex ſubditis pro=
batur teſtimonijs. Hieroñ. ſuper epiſtolā ad
Epheſios ait: De chriſto Jeſu ſcriptū eſt:q2
ſemper cū patre fuit:⁊ nunꝙ̄ eū vt eſſet volū
b tas paterna preceſſit:⁊ ille q̄dē natura filius
eſt:nos vero adoptione. Ille nunꝙ̄ nō fuit fi
lius:nos anteꝙ̄ eſſemus predeſtinati ſumꝰ:
⁊ tunc ſpiritū adoptionis accepimus quādo
credidimus filiū dei. Hylarius quoqʒ in lib.
iij. de trini. ait: Dominꝰ dicēs clarifica filiū
c tuū:non ſolo nomine cōteſtatus eſt ſe eſſe fi=
d liū dei:ſed etiam pro prietate nos ſumꝰ filij
dei: ſed non talis hic filius. Hic enim verus
e ⁊ proprius eſt filius origine:nō adoptiōe: ve=
ritate:non nūcupatiōe:natiuitate: non crea
tiōe. Augꝰ etiā ſuper Johan. ait: Nos ſumꝰ
filij gratia nō natura:vnigenitus autem na=
tura nō gratia:an hoc etiā in ipſo filio ad ho
minē referendū eſt. Ita ſane Ambro. quoqʒ
in. i. lib. de trini. ait: Chriſtus filius eſt nō ꝑ
f adoptionē:ſed per naturā:per adoptionem
nos filij dicimur:ille per veritatē nature eſt
Ex his euidenter oſtēditur ꝙ chriſtus nō ſit
filiꝰ gr̄a adoptiōis. Illa enim gr̄a intelligit̃
cum Augꝰ eū nō eſſe gratia filiū aſſerit:gra=
tia em̄:ſed nō adoptiōis:imo vniōis filiꝰ dei
eſt filius homīs ⁊ ecōuerſo.

Arti. XIII. An chriſtus fuerit filius adoptiuꝰ.

N Einde querit̃ de h̄ qđ dicit [ꝙ in virgine ho
d minem accepit in vnitatē ꝑſone:hoc fuit gra-
Arguit̃ p̄o tie nō nature].ſ.a. Ex hoc videtur ſequi/ꝙ
ꝙ ſic. chriſtus fuit filius adoptiuꝰ:gratia enim que de nō
filio facit filiū eſt gratia adoptiōis:ſed gratia aſſum
ptionis de nō filio facit filiū:ergo eſt gratia adoptio
2o nis. Preterea quare non cōcedit̃ ꝙ chriſtus ſit fi-
lius adoptiuus:ex hoc em̄ vt habitū eſt non ſequitur
ꝙ ipſe fuerit filiꝰ ire:quia hoc accidit gratie adoptio
Solo nis. Si dicas ꝙ oporteret ip̄m prius non fuiſſe fi
liū ⁊ poſtea adoptari vt filius fieret:ipſe autē factꝰ
eſt filius dei:hoc iterū non videt̃ impedire:q2 pona Obiectio
mus hanc opinionē eſſe verā/ꝙ angeli creati ſint in
gratia ⁊ nō cōfirmati:ſicut etiā de homine quidā di
cunt adhuc eſt verū ꝙ gratia adoptionis ſunt filij ⁊
angeli ⁊ homines:ergo videt̃ ꝙ hoc etiā accidit gra-
tie adoptiōis ꝙ inueniat nō filiū illū quē facit filiū:
ergo videtur ꝙ hoc nō impediat quin poſſit dici filiꝰ
adoptiuus. Solutio dicēdū ꝙ in veritate ſic obie- Solutio
ctum eſt illa accidūt gratie adoptionis: quia eſt etiā ad totū
in ip̄o homine exiſtēte ratio filiatiōis naturalis:⁊ iō
non eſt dicēdus adoptiuꝰ. Ad hoc intelligendū no-
ta ꝙ aliud eſt habere filiationē per ſe:⁊ aliud habe-
re ex dono/qui habet filiationē dei ex dono:cū illud
donū non ſit eſſe ſuū non habet illā niſi ex adoptione
gratie quā dedit ei deus. Per eſſe autē cōtingit ha-
bere duobꝫ modis:ſcʒ per actū nature qui eſt ad eſſe
ſicut nos habemꝰ naturalia nobis per gn̄ationē ac
cipiēdo a parētibꝫ naturalia eorū:⁊ iō ſumꝰ filij coꝝ
ꝑ naturā:⁊ non ꝑ gratiā beneplaciti eorū:⁊ hoc mo-
do filius dei inquātū filius dei eſt filius dei patris
natura. Alio modo habet̃ per eſſe per idemptitatē ⁊
per vnionē ad illū qui per naturā habet. Si em̄ ego
ſum vnū tibi per eſſe perſone tue/quicquid tu habes
per naturā hoc etiā naturale eſt mihi:licet per vnio-
nem acceperimus ⁊ non per actū nature qui eſt gene
ratio. Sic hic homo inquantū hic homo:ita ꝙ li in-
quantū dicat vnionē habet ꝙ eſt filiꝰ natura:⁊ ta-
men hic homo inquantū hic homo nō eſt genitus de
patre:⁊ hoc eſt qđ dicit Augꝰ ꝙ hic homo habet hoc
per gratiā:ſed hec gratia nō eſt habitꝰ anime: vt gra
tia adoptiōis:ſed potiꝰ eſt vnio ad eſſe vnū cū ꝑſona/
que naturaliter habet filiationē dei patris: ⁊ ꝑ hoc
ſatis patet ſolutio ad queſitū.

Ad quid adoptauit nos deus. Arti. XIIII

Einde querit̃ de hoc qđ dic ibi [Ille q̄dē na- O
d tura filius nos adoptiōe].ſ.b. Et queritur
ad quid adoptauerit. Videtur enim ꝙ mag Arguit̃ p̄o
deſponſamur ſicut pater ī cāticis per totū. Adoptās
autē pater filiā quā adoptauit deſpōſare nō poteſt.
Preterea nō dat partē hereditatis :ſed totū:ergo 2o
nō eſt adoptio. Solutio hoc ex precedētibus leue Solo
eſt determinare q2 ī veritate adoptamur:⁊ veriꝰ etiā ad p̄mū.
ꝙ̄ fiat adoptio ſm leges:licet autē affinitas legalis
excludat matrimoniū carnale:nulla tamē ꝓpinqui-
tas excludit ſpirituale matrimoniū:ſed potius quā
to ſunt plures cōiungendi ratiōes tanto firmiꝰ eſt.
Ad aliud iam patuit ſolutio:quia ꝙ ſm leges da Ad primū.
tur pars hereditatis ⁊ non totū:hoc contingit ex de
fectu rerū temporaliū/que quāto per plura diuidū-
tur tāto magis diminuūtur :ſed in ſpirituali matri-
monio ecōtrario eſt:quia quāto pluribus datur tā-
to maius eſt:⁊ ideo vnicuiqʒ accreſcit ex iuſtoꝝ ado-
ptiōe quia gaudebit de deo in adoptatis pluribus
Uñ dicit dominꝰ: Gaudiū eſt angelis dei ſup vno
peccatore penitentiā agente.

An ſolus pater adoptet vel tota trinitas. Arti. XV.

Einde queritur de hoc qđ dicit [Nō ſolo no- P
d mine cōteſtatꝰ eſt ſe eſſe filiū dei].ſ.c. Eſt em̄
dubiū vtrū ſolus pater adoptet vel tota tri- Argu. ꝙ ſic
nitas. Videtur autē ꝙ ſolus pater:quia dicit lex ꝙ
ille poteſt adoptare qui poteſt generare:ſed ſolus pa
ter poteſt generare in diuinis:ergo ſolus pat̃ poteſt

In oppoſitū primo adoptare. Sed cōtra ſuper: Pater noſter qui es in celis dicit glo. ꝙ pater noſter de⁹ trinitas eſt: q̄ vi-
2o detur ꝙ tota trinitas adoptet. Itē gratia equaliter eſt a tota trinitate: ⁊ per gratiā adoptamur: ergo
Obiectio vltia i ɔ̄riū videt̄ ꝙ tota trinitas ſit pater adoptōis. Sed iterū cōtra hoc videt̄ eſſe qd̄ in primo huius. diſti. xviij determinatur ꝙ nō dicit̄ filius noſter: ergo videtur ꝙ nō habeat reſpectū ad nos/ nec dicit̄ ſpiritusſanctus noſter: ſed tm̄ dicit̄ pater noſter cū per gratiam adoptiōis ſit pater noſter videt̄ ſolus pater adoptare poſſe.
Solō Solutio dicimus ꝙ tota trinitas ſit pater adoptās: ſed tamē ſolus pater appropriate nō ꝓprie: ⁊ ideo ſupra dictū eſt ꝙ pater adoptet per filiū/ ⁊ per ſpiritūſanctū: q2 accipimus nomē filiorū ꝑ teſtimoniū ſpūs filij.
Ad prima obiecta Ad primū ergo dicendū ꝙ tota trinitas illa generatiōe generare poteſt. Et ſi tu obijcias quedā in legibꝫ: ille nō poteſt adoptare qui per naturā generare nō poteſt: dicendū ꝙ hoc nō cōgruit plus niſi ꝙ adoptio appropriate ⁊ nō ꝓprie cōuenit patri.
Ad vltimū obiectū. Ad aliud dicendū ꝙ licet nō dicat̄ noſter ſub illo noīe/ nec ſpiritusſanctus ſub illo nomīe tamē vterqꝫ iſtoꝝ dicit̄ noſter ſub nomīe patris adoptantis: quia filius ſm̄ nomē filij nō ponit reſpectū ad nos: ſed ad patrē: ⁊ ſimiliter ſpūſſanctus ſub nomine ſpūſſancti nō ponit reſpectū niſi ad ſuū principiū qd̄ ſunt pater ⁊ filius.

## Arti. XVI. An filius equiuoce dicat̄ filius origine ⁊ adoptione.

Q

Einde querit̄ de hoc qd̄ dicit [Hic em̄ ver⁹
d ⁊ ꝓprius eſt fili⁹ origine nō adoptiōe]. ſ̄. d.
Arguit̄ p̄o Ex hoc em̄ videt̄ ꝙ equiuoce dicat̄ fili⁹ adoptione ⁊ origine: ⁊ pater dicat̄ equiuoce d̄ patre vero ⁊ adoptiuo: qd̄ etiā alia rōne ꝓbat̄: pater em̄ a generatione pater eſt/ ⁊ filius a natiuitate fili⁹: ſed nō eſt vnius ratiōis generatio/ ⁊ vni⁹ ratiōis natiuitas in naturali generatiōe ⁊ adoptiōe: ergo nō eſt vni⁹ rationis pater vel filius vtrobiqꝫ.
In ɔ̄riū p̄o Sed cōtra apl'us aūt infert Si filij ⁊ heredes: heredes autē dei/ coheredes autē chriſti. que illatio nō valeret niſi haberet
2o aliquid de rōe filiatōis ſue. Itē Rom. 8. Quos p̄ſciuit ⁊ p̄deſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui. Et alibi Ut ſit ipſe primogenit⁹ in m'tis fratribus ergo ſi ɔformes ſum⁹ imaginis filij nō eq̄uoce dicimur filij: ⁊ ſi ipſe primogenit⁹ dicit̄ generatōi noſtre cōnumerat̄ ſua: ⁊ ita non eſt equiuocū. Sil'iter accipit̄ hoc ex illo verbo: Uade dic fratribꝫ meis: Aſcendo ad patrē meū ⁊ patrē veſtrū deū meū ⁊ deū veſtꝝ nō enim diceret: fratres ſi oīo generatio eēt equiuoca.
Solō ad totū. Solutio dicendū ꝙ iſta nō ſunt vnius ratōis: ſed per prius ⁊ poſterius ſunt dicta: chriſtus em̄ vere filius eſt ad cuius ſimilitudinē nos ſumus filij/ et nō accipit̄ ſimilitudo in actu generatōis vt procedit obiectio prima: ſed ad natū ⁊ ad ius nati. Ad natum quia ipſe eſt nobis exemplū/ cui aſſimulamur inquātum poſſumus vt ſimus ei cōformes. Et hoc intendit apoſtolus quādo dixit ad Rom. 8. Cū autē dixerat: Si autē filij ⁊ heredes: heredes quidē dei/ coheredes autē chriſti: ſtatim ſubiūxit: ſi tamen cōpatimur vt ⁊ ſimul glorificemur: quaſi diceret: ſi in vita ſimiles fuerimus filio. Ad ius autē nati ſumit̄ ſimilitudo in perceptiōe hereditatis: et per hoc patet ſolutio ad totū.

## Arti. XVII An ſint aliqui filij nuncupatione tm̄: ⁊ an ſit aliqd̄ mediū inter filiū natura ⁊ adoptionis gratia.

R

Einde querit̄ de hoc qd̄ dicit [Ueritate non
d nūcupatione]. ſ̄. e. Ex hoc vidētur tertij filij introduci: qui nec adoptiui nec natura filij ſꝫ nūcupatōe ſola. Et ſi dicat̄ ꝙ illi ſunt qui ſola creatione ſunt filij. Solō:
Cōtra illi nō ſola nūcupatione ſunt filij: ſed habēt actū patris in cōductiōe ad eſſe: ⁊ etiā ſimilitudinē patris in imagine. Inſtātia
Ulterius querit̄ iuxta hoc vtrū aliquid ſit mediū inter filiū natura ⁊ filiū adoptiōis gratia: videtur ꝙ ſic: quia mediū participat naturā extremorū: ſed filius natura eſt filius natura tm̄: filius adoptiuus tm̄ gratia: ergo q̇ gratia tm̄ habet ꝙ eſt natura filius: vt chriſt⁹ homo ip̄e eſt medius inter filiū natura pure/ ⁊ filiū adoptione pure. q̄ſtiūcula.
Sed cōtra mediū non nominat̄ nomine extremi niſi ad extremū aliud cōparetur. Si ergo hic homo medius eſt inter filiū natura ⁊ filiū adoptiōe videtur ꝙ nec adoptiuus nec naturaliter filius abſolute debeat vocari.
Solutio ad primū q̄ſitū ⁊ ad inſtantiā. Solutio ad primū dico ꝙ eſt filius creatiōe ſola: ⁊ eſt filius creatōe ⁊ adoptione: ⁊ eſt fili⁹ nūcupatiōe qui imaginē creatōis actu peccati in quo eſt deturpauit: ⁊ ille dicitur nūcupatiōe filius nō ꝙ nō habeat actū ⁊ imaginē patris ſꝫ quia deficit ad imitationē patris ⁊ ſimilitudinē/ ſicut abraā dixit diuiti: fili recordare ⁊c̄. ⁊ per hoc patet ſolutio ad primū.
Ad queſtiūculam Ad aliud dicendū ꝙ nullo modo chriſt⁹ homo mediū debuit dici inter filiū natura et filiū per adoptionē: quia non participat niſi vnū extremorū: ⁊ hoc nō per rationē medij: ſed per rationē extremi: gratia enim qua ille homo filius eſt non eſt gratia adoptiōis vt dictū eſt: ſed vnionis ad eſſe: ⁊ iō non eſt ibi aliquid de ratione illius extremi qd̄ eſt filiatio adoptiōis. Aliud autē extremū eſt ibi in ratiōe ⁊ ſimplicitate extremi: quia chriſtus eadē numero filiatione filius eſt/ qua filius eternus dei filius eſt. Extremi autē natura que mediū cōſtituit mixta eſt ⁊ nō ꝑmanēs in ſua ſimplicitate ⁊ natura.

## Art XVIII Que ſit illa gr̄a per quā nos adoptamur.

S

Einde querit̄ de hoc qd̄ dicit [Per adoptio
d nem nos filij dicimur ⁊c̄]. ſ̄. f. Dubitari em̄ hic poteſt que ſit illa gratia per quā adoptamur: videtur autē ꝙ dilectio: q2 dilectio mouet patrem adoptantē vt adoptet filiū. Arguit̄ p̄o
Item ad Colo. I Et traſtulit nos in regnū filij charitatis ſue: cū ergo adoptōis gratia transfert in regnū: videt̄ ꝙ illa gratia ſit charitas. 2o
Itē ſpiritusſanctus diffundit charitatē in cordibꝫ noſtris: vt habet̄ ad Rom. 5. ⁊ ipſe dicitur ſpiritus adoptōis in quo clamamus: Abba pater: ergo videt̄ ꝙ adoptio fiat per charitatē. 3o
Itē Auguſtin⁹ dic̄ ꝙ ſola charitas diſtinguit int̄ agnos ⁊ hedos/ inter filios regni ⁊ perditōis: cū igit̄ ad regnū adoptemur videt̄ ꝙ hoc fuit mediāte charitate. 4o
Sed cōtra per aſſimilationē ad filiū adoptamur ſed filius dicit Matth. 12. Diſcite a me: quia mitis ſum ⁊ humil' corde. Et Joh. 13. Uos vocatis me magiſter ⁊ domīe: ⁊ bene dicitis ſum etenim. Si ergo ego laui veſtros pedes dn̄s ⁊ magiſter: ⁊ vos debetis alter alteri⁹ pedes lauare. Exemplū em̄ dedi vobis vt quemadmodū ego feci: ita ⁊ vos faciatis. Itē id qd̄ precipue dat gratiā p̄cipue operat̄ ad adoptionē: ſꝫ de⁹ ſupbis reſiſtit: humilibꝫ aūt dat gratiā: ergo humilitas adoptat. In ɔtrariū arguit̄ ſic.
Solutio in adoptōe q̇ddā Solō ad totū.

cõſiderat̃ ex parte adoptãtis ⁊ quiddã ex parte ado-
ptati. Ex parte adoptãtis primo eſt dilectio inclinãs
ad gratie collationẽ ⁊ cõſequẽs ſm rationẽ ⁊ nõ ſm
tẽpus eſt collatio gratie. Ex parte autẽ adoptati pri
mũ eſt fides vel fidei motũ oſtẽdẽs latitudinẽ heredi
tatis ⁊ benignitatẽ adoptãtis/accedentẽ eñi ad deũ
primũ oportet credere quia eſt ⁊ ꝙ inquirentibus ſe
remunerator eſt. Secũdo ẽ timor pene. Tertio ſpes
hereditatis ⁊ adoptiõis cõſequẽde: ⁊ quarto appeti
tus ſm dilectionẽ/ ⁊ cõſequẽter ipſa adoptio: ⁊ hoc
ſm naturã: licet nõ ſm tempus: ⁊ ideo gratia ſimpli
citer adoptat. Charitas autẽ ſic perfecte vniẽs ado-
ptionis ex parte adoptãtis ⁊ adoptati: fides autẽ ⁊
timor ⁊ humilitas ⁊ cetere virtutes ſm quid: qꝛ fi-
des vt oſtendẽs timor vt impellẽs a contrario ado-
ptioni: humilitas vt cuſtodiẽs grãm adoptiõis.

## Utrũ perſona vel natura prede ſtinata ſit.

Deinde ſi querit̃ vtꝝ predeſtinatio illa quã
cõmemorat apoſtolus ſit de ꝑſona an de na-
tura. Sane dici poteſt ⁊ perſonã filij q̃ ſemꝑ
fuit eſſe predeſtinatã ſm hominẽ aſſumptũ:
vt ipſa ſcꝫ ens homo eſſet dei filius: ⁊ naturã
humanã eẽ predeſtinatã vt verbo patris ꝑ-
ſonaliter vniretur.

**Arti. XIX.** Utꝝ predeſtinatio filij dei ſit vnius ratio
**D** nis cum noſtra.

Einde querit̃ de vltima parte iſtiꝰ diſtinctio
d nis que incipit ibi [Deinde ſi queratur vtrũ
predeſtinatio] Et querunt̃ duo vtrũ p̃deſti-
natio filij dei ſit vnius ratiõis cũ noſtra. Et vtrũ ſit
cauſa noſtre predeſtinatiõis. Ad primũ ꝓcedit̃ ſic ad
Rom. 8. Quos p̃deſtinauit hos etiã vocauit: ſꝫ vo-
catio eſt ſegregatio a maſſa perditionis per gratiã fi
nalẽ: vt colligit̃ ex ſenſu glo. cũ igit̃ filius dei prede
ſtinatus nõ ſit vocatꝰ: videt̃ ꝙ nõ ſit ſua predeſtina-
tio vnius ratõis cũ noſtra. Preterea videt̃ ſibi per
poſteriꝰ cõuenire: qꝛ nobis cõuenit p̃deſtinatio quã-
tũ ad perſonã totã ⁊ naturã totã: ſibi autẽ quo ad ꝑ-
ſonã abſolute nõ cõuenit: ſed gratia ꝑſone in natura
vel gratia nature: ergo videt̃ ꝙ nobis conuenit per
prius. Preterea nõ p̃deſtinat̃ (vt dicit Rabanus)
niſi qd̃ ante deſtinat̃: nihil aũt ante filiũ eſt: ſed ante
nos eternitas eſt: ergo per priꝰ cõuenit nobis q̃ꝫ ei.
Sed cõtra glo. ſuper. Ro. 8. Predeſtinatio dei p̃-
clariſſimũ donũ eſt noſtre p̃deſtinatiõis: non autem
eſſet donũ ſi alterius eſſet ratiõis: quia neutrũ equi-
**Solutio** uocorũ illuminat ad alterũ. Solutio dicẽdũ ꝙ di
citur p̃deſtinari per priꝰ ⁊ poſteriꝰ: ⁊ in p̃deſtinatiõe
tria ſunt. ſ. terminꝰ a quo/ ⁊ terminꝰ ad quẽ: ⁊ ille q̃
p̃deſtinat̃. Terminꝰ a quo eſt natura vl' culpa: natu
ra pura dico: qꝛ ſi nunq̃ꝫ peccatũ eſſet/adhuc eſſemꝰ
p̃deſtinati ad gratiã ⁊ gloriã: ⁊ quo ad hoc ꝑ priꝰ cõ-
uenit nobis p̃paratio gratie q̃ꝫ chriſto. Terminꝰ ad
quẽ eſt gloria: ⁊ illa ꝑ prius cõuenit chriſto: qꝛ aſcen
dit pandẽs iter ante nos: ⁊ nos in gloriã adduxit: et
ita per priꝰ cõuenit ei p̃paratio glorie. Eſt autẽ me-
diũ deſtinatus ⁊ antedeſtinatus: ⁊ hoc cõuenit chri-
ſto ſimplicit̃ gratia nature ⁊ gratia ꝑſone ſm quid ⁊
nõ ſimplicit̃: ⁊ ideo nobis cõuenit ꝑ priꝰ ſm nõis ra
tionẽ: ⁊ per hoc patet ſolutio ad totũ.

## Utrũ p̃deſtinatio filij dei ſit cauſa noſtre redemptionis.

Ecũdo querit̃ ſi p̃deſtinatio ſua ſit cauſa nr̃e
s p̃deſtinationis: ⁊ videt̃ ꝙ ſic: qꝛ ipſe eſt cauſa
noſtre ſalutis: ⁊ ſua reſurrectio dicit̃ eſſe cau-
ſa noſtre reſurrectiõis. 1. Coꝛ. 15. in glo. P̃ media-
tio mediatoris reducit̃ ad actũ cauſe efficiẽtis: ſꝫ ipſe
mediator dei ⁊ hominis fuit: ergo ipſe fuit cauſa no
ſtre ſalutis: ⁊ ꝑ cõſequẽs noſtre p̃deſtinatiõis. Itẽ
p̃deſtinatio vt dicit Grego. iuuat̃ oratiõibꝫ ſanctoꝝ
ergo multomagis a chriſto iuuat̃: ergo ipe eſt cauſa.
Itẽ nos nõ ſumus ſaluãdi niſi per chriſtũ: ⁊ quic-
quid fieret hoc preuiſum eſt: ergo nos eſſe ſaluãdos
per chriſtũ eſt p̃paratũ ⁊ preuiſum: ergo eſt predeſti-
natũ: ergo predeſtinatio illa cauſat predeſtinationẽ
noſtrã. Itẽ ſicut ſe habet p̃deſtinatus ad predeſtina
tũ: ſic predeſtinatio ad predeſtinationẽ: ſed p̃deſtina
tus chriſtus cauſat nos: ergo ſua predeſtinatio cau-
ſat noſtrã vt videt̃. Sed cõtra nihil eſt cauſa eterni
ſed noſtra p̃deſtinatio eſt eterna: g̃ nihil eſt cauſa illiꝰ
P̃ videt̃ ꝙ nec effectꝰ noſtre p̃deſtinatõis eſt grã in
preſenti: p̃deſtinatio autẽ nõ cõuenit chriſto niſi gra
tia humanitatis: ⁊ ab humanitate ſua nõ cauſatur
gratia: ergo nulla natura põt eſſe cauſa noſtre p̃de-
ſtinatiõis. Sol'o dõm ꝙ eſt cauſa ſimpl'r. ſ. exẽpla **Solo**
ris ⁊ cauſans ꝑ influẽtiã ſuꝑ cauſatũ. Sil'iter ĩ p̃de-
ſtinatõe nr̃a duo ſunt. ſ. eternũ qd̃ eſt ꝓpriũ miſerẽdi
⁊ p̃paratio grẽ ĩ p̃nti: ⁊ ꝑ cõſeq̃ns gl'ie in futuro. Si
igit̃ q̃rat̃ vtꝝ p̃deſtinatio xp̃i ſit cã vt influẽs ſuꝑ il-
lud qd̃ ẽ eternũ ĩ p̃deſtinatõe nr̃a. Dico ꝙ nõ: ſꝫ nihil
ꝓhibet qd̃ influat ꝑ modũ meriti ⁊ mediatõs ſuꝑ id
qd̃ ẽ tꝑale: qꝛ h̃ eſt effectꝰ p̃deſtinatõis q̃ etiã orõnibꝫ
ſctoꝝ iuuat̃. Cauſa aũt exẽplaris p̃t eẽ: qꝛ nos ad cõ
formitatẽ ipſiꝰ p̃deſtinati ſumꝰ. ꝑ hoc p̃ꝫ ſol'o ad pri-
mas rões q̃ oẽs ꝓbãt ꝙ eſt cã influẽs ꝑ modũ meriti
⁊ mediatõis. Ad id aũt qd̃ ꝯ obijcit̃ dõm ꝙ id qd̃ eſt
eternũ nõ cauſat̃ ab aliq̃: ſꝫ licet grã q̃ eſt effectꝰ p̃de- **Di. XI. de cõmunica-**
ſtinatiõis nõ ſit ab hoĩe xp̃o inquãtũ eſt hõ: tñ p̃t in- **tione ideo-**
fluere ꝑ modũ merẽtis ⁊ ſatiſfaciẽtis ꝓ nobis ⁊ me- **matũ ⁊ ꝓ-**
diãtis vt prius dictũ eſt. **prietatũ re**

## Utrum chriſtus ſit creatura vel creatus vel factus.

**ſpiciẽtiũ ꝑ-**
**ſonã put ſo**
**nat indefe-**
**ctibilitatẽ:**
**vt p̃deſtina**
**tio: creatio**
**inceptio.**
**a**

Olet etiam queri vtrũ
s debeat ſimpliciter dici atq̃ꝫ cõcedi
chriſtũ eẽ factũ vel creatũ vel crea
turã. Ad qd̃ dici põt: hoc ſimpliciter ⁊ abſq̃ꝫ
determinatiõe minus cõgruenter dici. Et ſi
quãdoq̃ꝫ breuitatis cauſa ſimpliciter denun
cietur nũq̃ꝫ tamẽ ſimpliciter debet intelligi.
Quia vt Augꝰ in. i. lib. de trini. ait. Cum de
chriſto loquimur q̃d ſm q̃d ⁊ ꝓpter quid di
catur prudẽs ⁊ diligẽs ac piꝰ lector intellige
re debet. Qui chriſtũ vel dei filiũ nõ eſſe fa-
ctũ vel creaturã: in. i. lib. de trini. oſtẽdit ita
inquiẽs: In principio erat verbũ: ⁊ verbũ ca
ro factũ eſt: ⁊ oĩa per ip̃m facta ſunt. Neq̃ꝫ di
cit oĩa niſi q̃ facta ſunt. i. omnẽ creaturã. Unñ
liquide apparet ip̃m factũ nõ eſſe: per quem

omnia facta ſunt: ⁊ ſi factꝰ nõ eſt: creatura nõ
eſt. Si aũt creatura nõ eſt: eiuſdẽ cum patre
ſubſtãtie eſt. Omĩs eĩm ſubſtãtia que deꝰ nõ
eſt: creatura eſt: ⁊ que creatura nõ eſt deꝰ eſt
Sed ſi filius nõ eſt eiuſdẽ ſubſtantie cuiꝰ pa-
b ter: ergo facta ſubſtãtia eſt: ⁊ ſi facta ſubſtan
tia eſt: nõ omĩa ꝑ ipm̃ facta ſũt. At omĩa per
ipm̃ facta ſunt: facta ergo ſubſtãtia nõ eſt: ſꝫ
vna cum patre infecta ſubſtãtia eſt. Item in
eodẽ: Si vel filiũ fecit pater quẽ nõ fecit ip-
ſe filius nõ omĩa ꝑ filiũ facta ſunt. At omnia
per filiũ facta ſunt. Ipſe ergo factus nõ eſt:
vt cũ patre faceret omĩa que facta ſunt. Idẽ
in libꝛo. lxxxiij. q̃ſtionũ. Dicit᷑ creatura quic
quid fecit deus pater per filiũ: qui nõ poteſt
appellari creatura: quoniã ꝑ ipm̃ facta ſunt
omĩa. Ambꝛoſiꝰ in pꝛimo lib. de trinita. Pꝛo
bemꝰ inquit creaturã nõ eſſe dei filiũ. Audi
uimꝰ eĩm in euangelio dominũ mandaſſe di-
Marci vl. ſcipulis: Pꝛedicate euãgeliũ vniuerſe crea-
ture. Qui vniuerſam creaturã dicit nullã ex
cipit: et vbi ſunt q̃ creaturã xp̃m appellant?
Nam ſi creatura eſſet: ſibi mandaret euãge-
liũ p̃dicari: ⁊ ſubiectꝰ eſſet vanitati: qꝛ teſtã
Rom. 8. te apl'o: Omĩs creatura vanitati ſubiecta eſt
Nõ ergo xp̃us creatura eſt ſed creatoꝛ: q̃ do
cende creature diſcipulis mãdat officiũ.
A
Olet etiaꝫ queri vtrũ debeat ſimplicit᷑ di-
f ci] In hac parte determinat mgr̃ cõſequẽ-
tia xp̃m vnitũ ex natura humana ꝑ relatio
nem ad cauſam efficientẽ ſiue ad actũ cauſe
efficientis q̃ ex ꝑte efficientis eſt creatio. Ex quo re-
linquit᷑ naturã humanã eſſe creatã ⁊ creaturã. Ex ꝑ
te autẽ effecti ſiue cauſati ſequit᷑ inceptio eſſe in na-
tura humana. Et iõ ſunt hic due q̃ſtiões: ſcꝫ vtrum
ſit ꝯcedendũ xp̃m eſſe creaturã: ⁊ hec determinat᷑ in
iſta diſtinctiõe. Et vtrũ xp̃us inceperit: ⁊ hec deter-
minat᷑ in pꝛimo capl'o ſeq̃ntis diſtinctõis ibi [Poſt
pꝛedicta vtrũ homo ceperit eſſe] Iſta diſtinctio tria
cõtinet quoꝛũ pꝛimũ eſt cõcedendũ ſimplicit᷑ ꝙ xp̃s
ſit creatura. Secundũ eſt de ꝑfidia Arrij ⁊ pena ꝓ-
pter hoc ꝙ xp̃m creaturã eſſe dixit: ⁊ ibidẽ contine-
tur ex quo ſenſu creatura dicat᷑/cum q̃nqꝫ dicat᷑ fa-
ctus ibi [Arrij perfidia hec fuiſſe legit᷑.] In tertia et
vltima ꝑte ſoluit᷑ quedã argumentatio ſophiſtica q̃
videt᷑ ꝓbare ꝙ xp̃s ſit creatura ibi ſcꝫ [Nec ex eo ꝙ
chꝛiſtus ſm̃ hominẽ dicit᷑.
Artr. 1
Utrum vere poteſt dici: Chꝛiſtꝰ factus eſt
homo vel creatura.
Obijcit᷑ autẽ de hoc ꝙ dicit ibi [Ad hoc qđ di
o ci poteſt ſimpliciter et abſqꝫ determinatione
Arg. p̃mo minus cõgruent᷑ dici ⁊c̃. ſ. a. Ex hoc eĩm vi-
det᷑ dicere ꝙ vere poteſt dici licet incõgrue ꝓpter he-
reticos qđ etiam rõne videt᷑ poſſe oſtendi. hec eĩm eſt
vera/ hic homo eſt deꝰ ꝓpter vnionẽ: ergo per cõuer
ſionẽ/ deus eſt hic homo: aut ergo creatꝰ homo aut
nõ creatus homo. Si nõ creatus homo: g̃ eſt aliq̃s
nõ creatus homo/ qđ falſum eſt: ergo deus eſt crea-
tus homo: ſed creatꝰ homo eſt creatura: ergo deꝰ vel
filius dei vel xp̃us eſt creatura. Iteꝫ ꝓpter vnionẽ 2º
recipit᷑ iſta/ hic homo eſt creatoꝛ: g̃ per eandẽ vnio-
nem debet recipi iſta/ filius dei eſt creatura. Item 3º
cum dicit᷑/ xp̃us ſm̃ ꝙ homo/ eſt creatura/ intelligit᷑/
ſic/ xp̃us ſm̃ ꝙ homo eſt creatura/ aut li homo dicit
ſuppoſitũ/ aut naturã humanã/ nõ naturã humanã
qꝛ illa in recto de xp̃o nõ pꝛedicat᷑: ergo dicit ſuppo
ſitũ: ergo ſenſus eſt/ xp̃us ſm̃ ꝙ homo ⁊ ſm̃ ſuppoſi-
tũ humanũ eſt creatura: ſed quicq̃d dicit᷑ de ſuppoſi
to humano dicit᷑ de deo: ergo xp̃s ſimplicit᷑ eſt crea-
tura. Si dicas ꝙ hoc fit ꝓpter repugnantiã intel-
lectuũ. Contra/ non eſt maioꝛ repugnantia intelle-
ctuũ inter iſtã cum dicit᷑/ iſte homo eſt creatoꝛ/ q̃ꝫ in-
ter iſtam/ filiꝰ dei eſt creatura: ⁊ tamẽ pꝛima recipi
tur: ergo videt᷑ ꝙ etiã ſecunda. Iteꝫ quero cum di-
cit᷑/ homo eſt creatura/ ſi diſſonantiã habeant p̃dica-
tũ ⁊ ſubiectũ/ videt᷑ ꝙ nõ: qꝛ diſſonãtia vel erit ra
tione foꝛmarũ diſparataꝝ vel rõne oppoſitionis/ ſꝫ
patet ꝙ foꝛma hec ⁊ foꝛma creatõnis nec diſparate/
nec oppoſite ſunt: ergo videt᷑ ꝙ ſit cõcedenda iſta/ hic
homo vel homo iſte eſt creatura. Item a quocunqꝫ 4º
negat᷑ ſuperiꝰ ⁊ inferius: ſed creatura ſuperiꝰ eſt ad
omnẽ foꝛmã pꝛeter diuinã: ergo etiã ſuperius eſt ad
foꝛmã hominis: ergo ſi hic homo nõ eſt creatura: ſe-
quit᷑ ꝙ hic homo nõ eſt homo/ qđ falſum eſt: ergo de
bet cõcedi iſta/ hic homo eſt creatura. Sol'o dicen- Solutio
dũ ꝙ omnes falſe ſunt ꝓpoſitiões ſi ſine determina-
tiõe ꝓponant᷑. Si eĩm homo ſit ex ꝑte ſubiecti cũ no-
ta demõſtratiõis ſtabit neceſſario ꝓ ſuppoſito ⁊ ꝑſo
na duplici de cauſa. ſ. ꝓpt᷑ demonſtratõnẽ: qꝛ nõ de
monſtrat᷑ niſi ꝑſona: ⁊ etiã rõne ſubiecti: qꝛ nõ ſubij-
cit᷑ gr̃a nature: ſꝫ gr̃a ꝑſone: ⁊ iõ cũ ꝑſona nõ ſit crea
ta vl' creatura/ illa locutõ erit falſa cum dicit᷑/ hic hõ
vel iſte hõ eſt creatura. Si aũt ſubijciat᷑/ xp̃us vl' ie-
ſus in ꝓpꝛio noĩe/ nomẽ illud etiã ꝑſone et ſuppoſiti
eſt: ⁊ iõ iterũ erit falſa ſi ſine determinatiõe ꝓponat᷑
Si aũt ſupponat᷑ cũ ſubiecto noĩante ꝑſonã vl' ꝑſo-
nalitatẽ eternã/ tũc iterũ erit falſa/ vt cũ dicit᷑/ filius
dei eſt creatura vel ieſus vel xp̃s eſt creatura. Si au
tẽ creatura ſit ex ꝑte ſubiecti/ ⁊ hic hõ ſm̃ aliqđ no-
minatoꝝ ex ꝑte p̃dicati/ iteꝝ erit falſa: qꝛ inartificia
lis tũc erit: qꝛ ꝓpter demonſtratõnẽ vel nomẽ p̃dica
tũ ſtabit ꝓ ꝑſona/ ⁊ ſubiectũ ꝓ foꝛma creatiõis. ⁊ iõ
tunc intelligit᷑ cõuerti ꝓpoſitio/ vt cum dicit᷑ aliqua
creatura vel creatura eſt hic homo: ⁊ iõ iterũ tũc erit
falſa: ⁊ ergo omni caſu cõtingenti falſa eſt ſine deter
minatiõe. Ad obiecta g̊ dicendũ ad pꝛimũ ꝙ hec eſt Ad p̃mũ
vera/ deꝰ eſt hic homo: ſed li deꝰ ſupponit ꝓ ꝑſona fi-
lij dei vel ꝓ natura: qꝛ verũ eſt ꝙ natura diuĩa eſt h̃
homo licet ſm̃ rõnem intelligẽdi nõ ſit adeo ꝑ ſe iſta
deꝰ eſt hic homo/ ſicut hec/ filiꝰ dei eſt hic hõ. Et qđ
poſtea diuidendo infert᷑ aut creatꝰ hõ aut increatꝰ
hõ dicendũ ꝙ li hic hõ ſupponit ꝓ ꝑſona cõpoſita: ⁊
iõ illa ꝑſona ſimplicit᷑ ẽ increata ⁊ ſm̃ q̃d creata: vñ
ſimplicit᷑ danda nõ eſt creatꝰ hõ: ſꝫ iſte due/ eſt crea-
tus hõ/ eſt nõ creatꝰ hõ nõ opponunt᷑ ꝑ affirmatiõꝫ
⁊ negatiõꝫ cũ ambe ſint affirmatiue. Sꝫ ſi hec dat᷑
nõ eſt creatꝰ hõ nõ põt inferri/ ergo eſt nõ creatꝰ hõ/
ita ꝙ nõ creatꝰ tantũ valeat q̃ntũ increatꝰ: qꝛ ſicut
mgr̃ dic̃ in. j. li. diſt. iiij. Cũ igit᷑ deꝰ genuit deũ: g̃ eũ-
dẽ deũ vel aliũ deũ/ qđ nõ ſequit᷑ aliũ deũ ꝓpt᷑ idẽti-
tatẽ nat᷑e nec ſequit᷑ eundẽ ꝓpt᷑ diſtinctiõꝫ ꝑſone/ ita
videt᷑ h̃ dñm ꝓpt᷑ diuerſitatẽ nat᷑aꝝ in vna ꝑſona cũ

li homo vel hic homo ſupponit perſonaꝫ compoſitã in duab⁹ naturis ꝓpter increatã naturam nõ ſequit̃ ꝙ ſit creat⁹ ⁊ ꝓpter creatã nõ ſequit̃ ꝙ ſit increatus: vñ nec ſequit̃ ꝙ ſit creat⁹ homo/nec ſequit̃ ꝙ increatus hõ. Ad aliud dicendũ ꝙ iſta recipit̃ ꝙ ſit creator/ hoc eſt verũ: qꝛ creator imponit̃ ab actu q̇ ꝓprie eſt ꝑſone ſcḋm ꝙ ꝑſona ſed creatũ eſſe vel increatũ eſſe dicit̃ gratia nature: vñ nõ eſt ſil'e de creat⁹ ⁊ increa-
Ad 2m tus ⁊ li creator. Ad aliud dicendũ ꝙ cum dꝛ xp̃s ſcḋm ꝙ homo eſt creatura: li ſcḋm ꝙ notat ↄditionẽ nature: nõ eñ oꝑtet ꝙ cũ li ſcḋm qḋ p̃dicat̃ i recto ꝙ hec ſimpliciter in recto p̃dicet̃ niſi li ſcḋm ꝙ notaret ſemꝑ identitatẽ vl' vnitatẽ ꝑſone: ⁊ hoc nõ eſt verũ ⁊ ꝙ cõ-
Ad 3m uenit xp̃o ſcḋm li ſcḋm ꝙ nõ oportet ꝙ cõueniat ei abſolute/ſicut patuit in diſtinctõne p̃cedenti. Ad aliud dicendũ ꝙ cũ dꝛ/iſte homo eſt creator nulla eſt repugnantia intellectuũ: qꝛ li iſte homo ſupponit ꝑſonaꝫ ⁊ huic cõuenit eſſe creatorẽ/ ſed hoc verũ eſt ꝙ ſupponit ꝑſonã cõpoſitã eo mõ cõpoſitõis q̊ ſcḋa opinio dicit: ⁊ iõ iſtã nõ reciperẽ/ iſte hõ ẽ icreat⁹ ſicͦ nec hãc iſte hõ ẽ creat⁹ niſi adderet̃ determinatio. Tñ ſunt q̇dam q̇ dicũt ꝙ diſſimile eſt: qꝛ humana natura exaltata eſt in xp̃o/⁊ habet ſe inſuꝑ vt adueniens diuine ꝑſone/⁊ ita vergit q̃ſi in accñs: ⁊ ideo ſua attributa nõ ita cõueniũt ꝑſone ſicut attributa diuĩe nature que eſt quaſi ſubſtãtia ⁊ in rõne ſubſtãtie ipſa perſona: ſed hoc nõ videt̃/ſed potius cõſiderandũ in attributis: qꝛ quedã ſunt primo ⁊ ꝑ ſe ꝑſone/ ſicut illa q̄ dicunt actũ vel poſſeſſionẽ ꝑſone vel imponuntur ab illis ſicut creator creat ⁊ hmõi. Quedã aũt cõueniũt rõne nature ſicut eſſe creatũ vel increatũ eſſe/ ⁊ illa que cõueniũt ꝑſone ꝑ ſe illa attribuunt̃ ex parte vtriuſqꝫ: nõ autẽ illa que rõne nature quãdo dicũt
Replica repugnantiã a ꝑte ſubiecti. Si aũt obijcias ꝙ in-
Sol'o uenit̃ a ſanctis iſta/hic homo fuit ab eterno/ dico ꝙ eſſe ab eterno cõuenit ꝑſone ſicut nature: ⁊ iõ illḋ attribuit̃. P. eſſe eternũ nõ ita repugnat ſicut eſſe increatũ: qꝛ eternitas cõmunicari põt rõne incõmutabilitatis/vt dicit Aug⁹ ſicut angeli ꝑticipãt eternitatẽ eo ꝙ eternitas dicit ꝑ modũ menſurãtis extra: ⁊ ideo homini rõne ꝑſone cõuenit ſꝫ eſſe increatũ abſolute ponit repugnãtiã ad naturã: qꝛ nihil eſt creatũ nec increatũ niſi rõne ſue nature/ tamẽ de hoc ſũt opiniones/⁊ quidã cõcedũt ſimplicit̃ ꝙ hic homo ſit increat⁹ ſed nolũt cõcedere ꝙ hic homo ſit creat⁹ niſi
Ad 4m cum determinatiõe. Ad aliud dicendũ ꝙ creatura nõ eſt ſuperi⁹ ad hũc hominẽ ſcḋm ꝙ ſupponit ꝑſonã cõpoſitã niſi cũ determinatõe: ⁊ iõ ſi negat̃ nõ ꝓpter hoc oꝑtet ꝙ ꝓpter hoc hõ neget̃ ab ipſo.

Arti. II An poſſum⁹ vere dicere xp̃m eſſe factũ.
B Einde querit̃ de hoc/ſi filius facta ſubſtãtia
D eſt nõ omĩa ꝑ ip̃m facta ſunt. ſ. b. Hoc eñ nõ videt̃ ſequi qꝛ fili⁹ dei eſt fact⁹ homo: hec cõ-
Arguit̃ p̃o ceſſa eſt in primo diſtinctiõe ſexta: ⁊ hõ eſt facta ſub-
Sol'o ſtantia: g̊ fili⁹ eſt facta ſubſtãtia. Solutio ſubſtãtia q̄ eſt xp̃s p̃dicat̃ de xp̃o in recto: ⁊ iõ illa nõ p̃t eẽ niſi ꝑſona ⁊ ſuppoſitũ: qꝛ nat̃a facta de eo cui⁹ ẽ nat̃a in recto nõ p̃dicat̃: ⁊ ideo xp̃s nõ poteſt eſſe ſubſtantia facta: qꝛ perſona ⁊ ſubſtãtia facta eſſe nõ poteſt/⁊ ſic
Ad 2m intelligit Aug⁹. Ad aliud dicendũ ꝙ (vt dictũ eſt) filius nõ poteſt eſſe ſubſtantia quã ipſe fecit/ ſed poteſt eſſe ſubſtantia quã fecit in natura vel ſcḋm naturam vel cuius naturã fecit.

## De perfidia ⁊ pena arrij.

Arrij hec fuiſſe perfidia legit̃ vt chriſtũ creaturã faceret. Iõ effuſa ſunt arrij viſcera atqꝫ crepuit medius ꝓſtratus in faciẽ: ea quibus xp̃m negauerat feda ora pollut⁹. His alijſqꝫ pluribus teſtimonijs inſtruimur nõ debere fateri ſimpliciter chriſtũ eſſe factũ vel creaturã: ſed addita determinatiõe recte dici poteſt: vt ſi dicat̃ factus ſcḋm carnem vel ſcḋm hominẽ: vt factura humanitati: non deo attribuat̃. Ut enim ait Ambro. in primo libro de trinitate. Nõ deus factus eſt: ſed deus dei filius natus eſt: poſtea xp̃o ſcḋm carnẽ homo fa-
ctus ex maria eſt. Miſit eñ deus filiũ ſuũ factum ex muliere: factũ ſub lege filium inquit Gal. 4
ſuũ: ſcilicet nõ vnũ de multis. Cum dicit ſuum: generatiõis eterne ꝓprietatẽ ſignauit. Poſtea factũ ex muliere aſſeruit: vt factura nõ diuinitati: ſed aſſumptõni corporis aſcriberetur. Factũ ergo ex muliere dicit: ꝓpter carnis ſuſceptionẽ: ſub lege: ꝓpter obſeruãtiam legis. Generatio generatõni nõ preiudicat nec caro diuinitati. Deus eñ etern⁹ incarnatiõis ſacramentũ ſuſcepit nõ diuiduus ſed vnus ⁊ in vtroqꝫ vnus ſcꝫ diuinitate ⁊ corpore. Nõ eñ alter ex patre: alter ex virgine: ſed idẽ aliter ex patre: aliter ex virgine qui factus eſt ſcḋm noſtre ſuſceptionẽ nature: nõ ſcḋm eterne ſubſtantiã vite: quẽ legim⁹ primogenitũ ⁊ vnigenitũ. Primogenitũ: quia nemo ante ip̃m. Unigenitũ qꝛ nemo poſt ipſum. Ex his euidẽter tradit̃ qua intelligentia accipiendũ ſit cũ dicit̃ chriſt⁹ factus: vel ſimpliciter vel cũ additamẽto: vt factura ſcilicet vl' creatura nõ ad aſſumentẽ deum: ſed ad aſſumptũ hominẽ referat̃. In deo ei creatura eſſe nõ poteſt: vt Ambro. ait primo lib. de trinitate. Nunq̇d dico fact⁹ eſt chriſtus?
Nunq̇d mandato creatus eſt xp̃us? Quo- a
modo aũt creatura eſſe in deo poteſt. Eteñ deus nature ſimplicis eſt nõ cõiuncte atqꝫ cõpoſite: cui nihil accidat: ſed ſoluꝫ qḋ diuinũ eſt in natura habeat ſua. Et ſi ergo chriſtus ſcḋm hominẽ dicit̃ creatura: non tamẽ ſimpliciter p̃dicand⁹ eſt creatura. Nec ex eo ꝙ chriſtus ſcḋm hominẽ dicit̃ eſſe creatura poteſt q̇s ꝓgredi ſic argumẽtãdo. Si ſcḋm ꝙ homo xp̃s eſt creatura: vel rõnalis vel non: vel que eſt de⁹ vel nõ: nitens ꝑ hoc ꝓbare xp̃m eſſe aliquid nõ diuinũ: quia qḋ ipſe eſt ſcḋm hominẽ
ipſe eſt. Et ideo ſi ſcḋm hominẽ eſt aliqua ſub b
ſtantia non diuina: eſt vtiqꝫ aliquid nõ diui- c

num. Sed ex tropicis locutionib⁹ non eſt re⸗
cta argumētatiōis ꝓceſſio. Illa aūt locutio
tropica eſt qua xp̄us dicit̄ creatura: vel ſim⸗
pliciter vel cum adiunctione.

Arti. III An in deo creatura eſſe poſſit.

C Einde q̄rit̄ de hoc q̇ꝺ dicit in ſcd̄a p̄te diſtin
ctiōis ibi [Quō enī in deo creatura eſſe pōt.
ſ̄.a. Hoc enī videt̄ eſſe cōtra p̄determinata:
q̄ ſupra diſtinctiōe nona dixit Aug⁹: Sciendū ꝙ
Obiectio in filio dei terra eſt que ſine impietate adorat̄. ſuſce⸗
pit enī terrā de terra: q̄ caro de terra eſt. Item etiā
a quibuſdā ſanctis dicit̄ eſſe creatura / ſicut dic̄ Da⸗
maſcen⁹ / ꝙ creatura vocari non dedignat̄. ⁊ magi⸗
ſter Rodolph⁹ de ſancto vict̄. Poteſtate nō natura
fit creatura: ḡ videt̄ ꝙ ⁊ creatura ſit in ipſo creatore.
Solo Solo dicendū ꝙ intentio Augu. eſt ꝙ in deo: id
eſt in trinitate ⁊ in vnitate nō poteſt eſſe creatura: q̄
aut eſſet ꝑſona aut natura / ⁊ ita neutrū pōt eſſe: ⁊ iō
xp̄us nō eſt creatura: q̄ eſt nomē ꝑſone q̄ nō eſt crea
tura nec creata / ſed nō intendit quin hec ꝑſona ſit in
Ad obiecta natura creata ⁊ natura creata in ip̄a. Ad aliud di⸗
cendū ꝙ hmōi auctoritates ſunt cū determinatione
intelligēde nō ſimpl'r q̄ꝫuis ſimpl'r ſint ꝓbate.

Arti. IIII. Quid intelligit mgr̄ ꝑ argumētatōꝫ tropicā.
D Einde q̄rit̄ de argumentatiōe quā dicit mgr̄
Ar ꝙ nō ſit eſſe ex tropis. ſ̄.b. Si eī tropis eſt figuralis
tropica. ſermo videt̄ eſſe ex figuratiuis ꝓpoſitōnibus
iſta rōnalis ſ̄m ꝙ homo xp̄us eſt creatura vel rōna⸗
lis vel irrational̄ ⁊c̄. immo nō videt̄ eſſe pctm̄ niſi ꝙ
in cōcluſione nō repetit̄ reduplicatio / ſic xp̄us ſ̄m ꝙ
homo eſt creatura: q̄ hec eſt cōcluſio intenta ⁊ debꝫ
ſic argumentari / xp̄us ſ̄m ꝙ homo eſt rōnalis crea⸗
tura / ſed rōnalis creatura eſt creatura: ḡ chriſtus eſt
creatura / tunc ptꝫ ꝙ hic nō eſt pctm̄ ex tropo aliquo
ſed tm̄ ex hoc ꝙ nō repetit̄ reduplicatio in cōcluſiōe
Solo. Rn̄ſio ad hoc ē ꝙ improp̄riā vocat mgr̄ tropicam.
q̄ in ṽitate id q̇ꝺ nature ꝑ ſe eſt p̄dicari de ꝑſona nō
debet ſimplicit̄: ⁊ ſi fiat fit improprie.

Arti. V An xp̄us ſit aliquid nō diuinū.
E Einde q̄rit̄ de hoc q̇ꝺ dicit [xp̄m eē aliq̇ꝺ nō
diuinū. ſ̄.c. Supra enī dixit xp̄m nō eſſe ho
minē dn̄icū: diſtin. vij. ergo eadem rōne vi⸗
Solo det̄ ꝙ nō debeat dici aliq̇ꝺ diuinū. Solutō nō eſt
ſimile: licet enī vtrunqꝫ ſit poſſeſſiuū / tn̄ vnū notat
ſuppoſitionē: alterū notat habitū nature vt forme /
vt bene cōcedit̄ / xp̄us eſt diuinū aliq̇ꝺ: q̄ habēs dei
tatē / nō aūt cōcedit̄ eſſe dn̄icus: q̄ hoc ſonat in ſub⸗
ditū domino et ſeruū.

## An homo ille ſemper fuerit vel ceperit eſſe.

Di. XII quō ṽbi ſeu xp̄i incarnatio ordinat̄ ad nr̄am redēptōꝫ q̄ꝫtū ad gen⁹ nature aſſūpte vtrū.ſ. fuerit de genere ade.

P Oſt predicta queri⸗
tur vtrū homo ille ceperit eſſe vl̄
ſemp fuerit: ſicut ſimpliciter enū⸗
ciamus xp̄m vl̄ dei filium ſemp fuiſſe: nec ce
piſſe. De hoc Aug⁹ ita inquit ſuper Johan
nē: Habuit aliqn̄ dei filius q̇ꝺ nōdū habuit
idem ipſe homo dei filius: q̄ nondū erat ho
mo. Item idē in eodē: Priuſq̄ꝫ mund⁹ eſſet
nec nos eram⁹: nec ipſe mediator dei ⁊ homi
nū homo chriſt⁹ ieſus. Idem ſup pſal. Chri⸗
ſus noſter ⁊ ſi forte homo recēs eſt: tamen eſt
etern⁹ de⁹. Alibi vero legit̄ ꝙ puer ille crea⸗
uit ſtellas. Et chriſt⁹ dicit ſe eſſe principiū: ⁊
eſſe ante abraam. His ergo alijſqꝫ auctorita
tibus in nullo reſultantes dicim⁹ hominē il⸗
lum inquantū hō eſt cepiſſe: inquantū ver⸗
bum eſt ſemp fuiſſe. Hic enī abſqꝫ diſtinctio⸗
ne nō eſt referenda reſponſio. Nā ⁊ ipſe Au⸗
guſtin⁹ hmōi vtit̄ diſtinctiōe in pluribus lo⸗
cis: dicens ꝑ chriſtū oīa eſſe facta inquan⸗
tum verbū eſt. Scd̄m illud vero ꝙ homo eſt
ip̄m eſſe factū ⁊ glorificatū. Si ergo ad per⸗
ſonam reſpicias: cōfidenter dic hominē illū
ſemper fuiſſe. Si vero ad naturā hoīs: con
cede eum cepiſſe.

P Oſt p̄dicta querit̄ ⁊c̄.] In iſto primo capi⸗ A
tulo querit̄ a mgr̄o vtrū xp̄us incepit eſſe:
⁊ rōne hui⁹ querit̄ vtrū hec ſit vera / homo
factus eſt de⁹: ⁊ homo incepit eſſe deus / vi Arg. p̄mo
det̄ aūt ꝙ prima iſtarū ſit vera: q̄ ꝯceſſa eſt ſupra in
omnib⁹ trib⁹ opinionib⁹ que nō ad aliud inducte ſūt
niſi vt oſtenderet̄ qualiter fili⁹ dei factus eſt homo:
⁊ homo factus eſt de⁹ / ⁊ q̄d p̄dicat̄ ꝑ li homo. Itē 2o
homo eſt deus / ⁊ nō ſemp fuit deus: ergo factus eſt
deus / ⁊ cepit eſſe deus. Itē deus fact⁹ eſt homo: 3o
⁊ quicq̄d factū eſt incepit eē: ḡ deus cepit eſſe homo:
ergo cōuerſa ſimpl'r: ḡ homo incepit eſſe deus. Itē 4o
in littera habet̄ iſta / xp̄us de⁹ noſter homo recēs eſt
et recens homo eſt deus: ergo homo q̄ incepit eſt de⁹
vt videt̄: ⁊ hec multo videt̄ falſior eſſe q̄ꝫ iſta / homo
incepit eſſe deus.

Utrum homo factus eſt deus: et an ince⸗ Arti. I
pit eſſe deus.

V Lteri⁹ querit̄ an iſta aliquo mō cōcedat̄ / ho⸗
mo iſte incepit eſſe deus. Et videt̄ ꝙ cōcedi Ar p̄o ꝙ ſic
debeat: q̄ idem eſt incipere ſimplicit̄: ⁊ inci⸗
pere eſſe in ſpecie ſubſtantiali / ſicut idē ſortes incipe⸗
re eſſe ſimpliciter ⁊ incipere eſſe homo: ḡ a ſimili ideꝫ
eſt huic homini incipe eſſe q̇ꝺ incipe eſſe homo / ſꝫ inci
pit eſſe homo: ergo incipit eſſe. Et ſi tu velis inſtare Inſtantia
ꝑ iſtam / ille incipit eſſe alb⁹: ḡ incipit eſſe: q̄ excluſa Solo
eſt inſtantia: q̄ eſſe albū nō eſt eſſe ſ̄m accn̄s: ⁊ iō nō
infert eſſe ſimplicit̄ / ſed eſſe hoīem eſt eſſe ſubſtantia⸗
liter: ḡ videt̄ ꝙ ſequat̄ ꝙ incipit eſſe. Itē ſupra ha 2o
bitū eſt ꝙ hominē fecit ⁊ faciendo vniuit: ḡ in eodem
inſtanti fuit huic eſſe ⁊ eſſe hoīem: ergo videt̄ ꝙ ſicut
cōcedit̄ hec / incepit eſſe homo / ita debeat hec cōcedi /
hic incepit eſſe. P̄. cōmunit̄ dicit̄ ⁊ ſupra ſepi⁹ habi 3o
tū eſt ꝙ hec ſit vera / deus incepit eſſe homo. deus fa
ctus eſt homo / cū tn̄ factura ei⁹ ꝙ fact⁹ eſt / videt̄ po
ni circa li deus vel circa filiū dei / ⁊ neutri cōpetit:
ḡ multo mag' cōcedēda eſt hec / hō incepit eſſe de⁹ vl̄
factus eſt de⁹ / cū factus ⁊ inceptio nō repugnēt na⸗
ture ſignificate ꝑ hunc terminū deus. Si forte di⸗ Inſtantia
cas ꝙ hic ab etn̄o fuit de⁹ / ⁊ hic hō ab eterno eſt de⸗ q̇ꝺ eſt 4o.
us: ḡ videt̄ hic hō ab eterno eſt: ſed in omni locutiōe
idem poſſum p̄dicare de ſe. Et dicit Boe⁹ ꝙ nulla ꝑ

poſitio verior eſt q̄ꝫ in q̄ idem de ſe p̄dicat̄: ḡ videt̄ ꝙ ſi h̄ homo ab eterno ē ꝙ poſſit inferri/ ḡ hic homo ab eterno eſt homo/ qđ eſt cōtra Augu. in littera vbi dicit/ ꝙ priuſq̄ꝫ mundus eſſet nec nos eramus nec mediator dei ⁊ hominū homo ieſus chriſtus. P. ex eadē auctoritate videt̄ accipi directe ꝙ mediator dei ⁊ hominū homo ieſus chriſt⁹ nō fuit ab eterno: qđ eſt cōtra hoc qđ omnes dicunt ꝙ hic hō fuit ab eterno/ ⁊ hic puer qui creauit ſtellas. Et cōtra hoc qđ ipſe dicit in euangelio Joh. 8. Ego principiū qui ⁊ loquor vobis/ li ego em̄ ibi ſupponit ſuū ꝓlatorē: hoc eſt illū hominē. et eſt cōtra hoc qđ ibidē dicit: Amen dico vobis anteq̄ꝫ Abraam fieret ego ſum: ſicut em̄ dicit anteq̄ꝫ abraam fieret/ ita poteſt eadē de cauſa ſcʒ ꝓpter vnitatē ꝑſone dicere/ anteq̄ꝫ mundus fieret ego ſum. Solutio dicendū meo iudicio ꝙ nulla ſolutio modernoꝝ hic tm̄ valet/ ſicut auctoris ſolutō quā ponit hic: q2 cautiſſima eſt ꝙ ſine diſtinctione intellecta vel poſita in ſermone nō reddat̄ reſpōſio: q2 factū eē ⁊ nō factū/ cepiſſe vl' nō cepiſſe/ creaturā eē vel nō eſſe ſunt circa ꝑſonā xp̄i/ ꝓpter vnionē duarū naturarū in ipſo ſicut aliū vel eundē deum circa deum generantē/ vt ſupra dictū eſt. Sunt tn̄ qui ſubtilitates hic rimati ſunt minus tamē cautas ſimplicib⁹/ licet verū dicant. Et autor iſtarū ſolutionū eſt mgr̄ Wilhelm⁹ antiſiodoreñ. Et ſm illos dicendū eſt ꝙ cum dicit̄/ Deus factus eſt homo vel filius dei factus eſt homo/ vel incepit eſſe homo: q2 in omnibꝫ illis in quibꝫ ꝑſona ſimplex ꝓ noīe eſſentiali vel pro nomine ꝑſone eſt in ſubiecto/ ⁊ ſubiungit̄ factus vel incepit ex parte p̄dicati cum hoc termino homo ꝙ locutio eſt duplex ea duplicitate quā ſupra poſuimus in diſtinctiōe q̄nta: ſcʒ ꝙ poteſt li factus vel incepit rem ſuā ponere circa rem ſubiecti: ⁊ ſic locutio eſt falſa/ ⁊ vocat̄ ꝓpoſitio de re apud ſophiſtas/ vel poteſt retorqueri ad totū vt factura nō ponat̄ circa rē ſubiecti/ ſed ſit inceptio vel factura de toto ſub hoc ſenſu hoc incepit vt de⁹ ē homo/ ⁊ tūc vocat̄ de dicto apđ ſophiſtas/ ⁊ ſic eſt vera. Si autē cōuertant̄ ꝓpōnes ille ſic: homo fact⁹ eſt deus vel homo incepit eſſe deus/ dicunt ꝙ ſi ſit de re falſa eſt/ ſicut ⁊ alia. ſed ſi ſit de dicto neceſſe eſt eam verā dici et eſſe: q2 hoc eſt verum/ factū eſt ꝙ homo eſt deus: ⁊ hoc incepit ꝙ homo eſt deus: q2 nō ab eterno hec eſt vera/ homo ē deus: ſed aliud eſt cum dicit̄/ hic homo factus eſt deus: q2 illa eſt de re et falſa. Ratio aūt Antiſiodorē. eſt ꝙ vult ꝙ termini aliter ſupponūt ex ꝑte ſubiecti/ ⁊ aliter ex parte p̄dicati: cum em̄ iſte termin⁹ homo ſit in p̄dicato ſtat ꝓ natura ⁊ non ꝓ ꝑſona: ⁊ tamen nature cōueniat factū eſſe ⁊ incipere/ vnde cōcedunt ꝙ filius dei factus eſt homo/ ⁊ de⁹ factus eſt homo: ⁊ hic homo factus eſt homo. Cū autē ſit in ſubiecto ſtat ꝓ perſona: q2 ſubiecta rōne ſuppoſitoꝝ ſubijciūtur: ⁊ ideo cum humana natura in chriſto ſit adueniens ⁊ vergat ad aliqđ ſimile accidēti/ cū dicit̄ homo factus eſt deus/ intelligit̄ de ꝑſona: ⁊ poteſt deſcendi ab ipſa ad ſuppoſitū ſic/ homo factus eſt deus: ergo aliquis homo vel iſte vel alius/ nō alius: ḡ iſte: ḡ iſta perſona factus eſt deus/ ⁊ homo factū eſt: ḡ hec falſa/ iſte homo incepit eſſe deus: ex qua ſequit̄ illa: ⁊ ponit inſtantiā ſic/ ꝙ ſcutum illud ſit modo dealbatū/ hec eſt vera/ hoc ſcutū incepit eē album: ſʒ hec eſt falſa: hoc albū vel albū incepit eſſe ſcutū: q2 cum li albū eſt ex parte p̄dicati non dicit niſi albedinē in hoc: ſed tamē ex ꝑte ſubiecti ſtat ꝓ ſubiecto alio: ⁊ iđ cum dicit̄/ albū incepit eſſe ſcutū/ ſequit̄: ḡ ꝙ hoc album vel aliud incepit eſſe ſcutū: non aliud: ergo hoc ſed hoc albū eſt ſcutum: ḡ ſcutū incepit eſſe ſcutū/ qđ falſum eſt: ḡ ⁊ hec eſt falſa/ albū incepit eſſe ſcutum: q2 li albū in ſubiecto ſupponit ꝓ ſuppoſito qđ eſt ante formā albedinis. A ſimili dicūt hic cū đr homo incepit eſſe deus/ ꝙ li homo ſtat ꝓ ꝑſona que eſt añ humanitatē que in ipſo habet ſimilitudinē accidētalis nature/ eo ꝙ poſteri⁹ aduenit: ⁊ ideo ſequit̄ ex illa ꝙ hec ꝑſona incepit eſſe deus: hec aūt falſa eſt: ergo et hec/ non incepit eſſe deus/ vel verbū vel ꝑſona diuina. Nō autē idem eſt de hac/ deus vel filius dei incepit eſſe homo: q2 li homo in p̄dicato ſtat formalit̄: ⁊ ideo tūc nō licet deſcendere ad ꝑſonā: ⁊ ideo ſequit̄ ꝙ deus vel filius incipiat eſſe perſona. Per hoc igitur patet ſolutio ad omnes illas/ de quibꝫ primo eſt queſitū. Ad auctoritatē Auguſtini q̄ in lr̄a habet̄ ꝙ chriſt⁹ deus noſter homo recens eſt/ dđm cum mgr̄o ꝙ cum determinatiōe ſubintellecta recipienda eſt ⁊ aliter nō. Ad id qđ vlteri⁹ querit̄/ vtrū homo iſte incipiat eſſe dicendū ꝙ nullo modo eſt concedenda. Ad ꝓbationē autē dicendū ꝙ in chriſto nō eſt ſimile quia eſſe hominis nō eſt totū ſubſtantiale eſſe huius vel hui⁹ homīs vel chriſti: ⁊ ideo licet cum determinatōne cōcedat̄ ſm ꝙ eſt de dicto/ nō tamē poteſt inferri/ ergo incepit eſſe. Et inſtantia bona eſt in chriſto/ eo ꝙ in ipſo p̄dicat homo naturā aduenientē/ licet nō accidentalē a qua natura nō habet hic homo ꝙ ſit hic vl' perſona: q2 prius fuit hic ⁊ perſona. Ad aliud dicendū ꝙ licet faciendo hominē vniuerit/ nō tamē faciendo hunc vl' hanc ꝑſonam: hanc autē perſonā ſupponit li homo ex parte ſubiecti. Ad aliud dicendū ꝙ ille cōceſſe ſunt ſupra ſm ꝙ ſunt de dicto ⁊ nō de re/ ſicut etiā in diſtinctōe ſexta dictū eſt: ⁊ nō eſt ſimile de cōuerſis earū ſm Antiſidioreñ. propter cauſam que dicta eſt. Ad aliud dicendū ꝙ in veritate hic homo ab eterno fuit: ſed non ſequitur ex hoc ꝙ ab eterno fuerit homo/ vel ab eterno ſit homo: q2 li homo ex parte p̄dicati ſtat formalit̄/ et formaliter ſm formā ſignificatā per terminū nō ab eterno fuit/ ſed in ſubiecto ſuppoſito ſtat ꝑſonaliter/ et ꝑſona ab eterno fuit. vnde hic homo ab eterno fuit de⁹: ⁊ homo ab eterno fuit de⁹/ nō tn̄ ſequit̄ ꝙ de⁹ ſit ab eterno fuit homo vt dictū eſt. Ad auctoritatē Auguſtini dđm/ ꝙ meo iudicio ſic intelligit̄ ꝙ li homo ſit ex parte p̄dicati/ ſicut priuſq̄ꝫ mund⁹ eſſet ⁊c̄. hoc eſt ip̄e mediator dei ⁊ hominū xp̄us Jeſus nō erat homo priuſq̄ꝫ mundus eſſet: ⁊ tūc ſm ſup̄ dictā rōnem ſuppoſitōnis in p̄dicato ⁊ ſubiecto eſt vera. Ecce inquantū potui inueſtigare hec eſt ſententia Antiſidioreñ. Sūt tn̄ alij ſic nō dicentes: nō em̄ volunt dicere ꝙ cū dicūt/ homo vl' hic homo ī ſubiecto ꝙ ſupponat ſicut termin⁹ accidentalis ꝓ ſuppoſito ſiue forma: ſed dicūt ꝙ ſupponit̄ in tali nomine ꝑſona compoſita/ vel ſuppoſitū compoſitū in triplici ſubſtātia ⁊ duplici natura/ ſicut dicit ſecunda opinio: ⁊ iđo illi ſuppoſito cōuenit inceptio ⁊ factio nō ſimplicit̄ ſed rōne nature humane que ſignat̄ in ipſo: ⁊ ideo dicūt ꝙ poteſt recipi iſta/ homo factus eſt deus/ ſm ꝙ eſt determinata ſm intellectū: ⁊ tunc non ſequit̄ ꝙ homo ille fuerit ab eterno: ſed ſequit̄ ꝙ ſm ꝙ homo nō fuerit ab eterno: ⁊ hoc fere redit ad idem ſm ſenſum/ licet non ſm verba.

Solutio p̄ncipalis ⁊ ad prima queſita.

Ad id qđ q̄rit̄ ſcđo loco dđm ad primū

Ad 2m

Ad 3m

Ad iſtantiā

Ad auctoritatē Auguſtini.

## Si deus aliũ hoiem aſſumere potuit vel aliũde q̃ȝ de genere Ade.

Solet etiã queri vtrũ aliũ hoiem vel aliunde q̃ȝ de genere illius adam deꝰ aſſumere potuerit? Ad qꝺ ſane dici poteſt ipm aliam animã ⁊ aliã carnẽ potuiſſe aſſumere: qꝛ gratia tm̃ aſſumpta eſt aĩa illa et caro a verbo dei. Ut eñ ait Augꝰ: In rebꝰ per tempꝰ oꝛtis illa ſumma gratia eſt ꝙ homo in vnitate ꝑſone cõiunctꝰ eſt deo. Potuit ergo deus aliã animã ⁊ aliam carnẽ ſumere: ⁊ carnẽ vtiq; aliunde q̃ȝ de genere adam. Uñ Aug. in li. xiiij. de de trini. Potuit itaq; deꝰ hominẽ aliunde ſuſcipere: in quo eſſet mediatoꝛ dei ⁊ hoĩm: nõ de genere illius adam q̃ peccato ſuo obligauit genus humanũ ſicut ipm quẽ pꝛimo creauit: nõ de genere alicuius creauit. Poterat ergo vel ſic vł alio quo vellet mõ creare vnũ alium de quo vinceret̃ victoꝛ pꝛioꝛis. Sȝ melius iudicauit ⁊ de ipſo qꝺ victum fuerat genere aſſumere hominẽ ꝑ quẽ hominis vinceret inimicũ: ⁊ tamẽ ex virgine cuius cõceptũ ſpiritus nõ caro: fides nõ libido ꝓuenit: nec interfuit carnis cõcupiſcentia qua ceteri cõcipiunt̃ qui oꝛiginale trahũt peccatũ: ſȝ credendo nõ cõcũbendo facta eſt fecũdata virginitas. Ex his aperte oſtendit̃ ⁊ aliũ ⁊ aliũ de hominẽ deũ aſſumere potuiſſe.

B S Olet etiã queri vtrũ aliũ hoiem ⁊c.] In hoc loco tangit mgr̃ xpm cõiunctũ ex vnione diuinitatis ⁊ humanitatꝭ ex cõditionibꝫ humane nature ſm ea que inſũt ei ſicut materia / poteſtas peccandi / diſcretio ſexus. Et de his tribꝫ mouet hic tres queſtiões. Pꝛimo vtrũ aliunde potuit aſſumere materialiter eã materiã q̃ȝ de Adam. Secũdo q̃ritur vtrũ ille homo potuit peccare ibi [Ideo nõ immerito querit̃.] Tertio q̃ritur vtrũ potuit aſſumere in ſexu mł'iebꝛi ibi [Solet etiã q̃ri q̃ȝuis curioſe]

Arti. II Utrũ aliunde potuit aſſumere materialiter eam materiã q̃ȝ de adam.

I Ncidit aũt queſtio circa pꝛimũ / vtrũ aliunde q̃ȝ de Adam potuiſſet aſſumere. Secũdo vtrũ debuit aſſumere aliquẽ qui eſſet ſimilis ade in pꝛincipiando totũ genꝰ humanũ naturaliter

Arguit̃ ꝓ ꝙ aliunde. ⁊ materialiter ſicut adã: videt̃ aũt aliunde: qꝛ ita dicit Augꝰ: Poterat hoiem aliunde ſuſcipere in quo eſſet mediatoꝛ dei ⁊ hominũ / nõ de genere illiꝰ Adã

2o qui peccato ſuo obligauit genꝰ humanũ. Item extrahens a pena ⁊ a culpa elongatꝰ dȝ eſſe ab vtroq; ſicut extrahens a fouea nõ eſt in fouea / ſed xp̃s eſt extrahens nos a pena ⁊ culpa: ergo debet elongari ab

3o vtroq;. Item totũ qꝺ fuit in adam debito pene ſubiacuit: id autẽ qꝺ penã per ſe debet nõ poteſt ꝓ alio penã patiendo ſatiſfacere. Cum igit̃ xp̃s ſatiſfacere venerit materiã de adaȝ natura aſſumere nõ debuit

4o vt videt̃. Item medicina duplicis moꝛbi nõ paratur coꝛpoꝛi ꝑ cõtrarietatẽ ad vnũ moꝛbũ tm̃: ſȝ xp̃s eſt medicina noſtra: g̃ cõtrarias debuit habere foꝛmas ad vtrunq; moꝛbũ / ſed duplex eſt moꝛbꝰ / pene ⁊ culpe: g̃ videt̃ ꝙ ipſe neutrũ in ſe habere debuit: et ſic de natura ade que tota pene ſubiacebat accipere naturã nõ debuit vt videt̃. Sȝ cõtra / Anſel. in lib. Cur deus homo dicit / ꝙ ſatiſfaciens ⁊ ille ꝓ quo ſatiſfit aut idem debẽt eſſe aut eiuſdẽ nature / ſed idem eſſe nõ pñt: qꝛ adã infinitũ bonũ deo peccãdo abſtulerat: ergo opoꝛtuit ꝙ eẽt eiuſdẽ generꝭ: nõ aũt eẽnt eiuſdẽ generis ſi hominẽ aliunde aſſumpſiſſet: g̃ videt̃ ꝙ debuit hominẽ de genere Ade aſſumere. Rões ꝓ veritate/ ꝓma

Itẽ deus naſcituros de adam multos ſaluandos ꝓuiderat: ſed apl'us dicit Heb. 3. ꝙ ſanctificans ⁊ q̃ ſanctificatur ſunt ex vno oĩs: g̃ neceſſe fuit quantũ eſt de neceſſitate cõgruẽtie ꝙ xp̃us ſanctificans ⁊ q̃ ſanctificant̃ eſſent ꝑ naturã materie ex vno. 2a

Item nihil vnũ in natura refert̃ ad duo pꝛincipia ſui generꝭ que ſunt pꝛincipia ſm vnã rõnem pꝛincipij: non eñ aſini referunt̃ ad duos aſinos actiue pꝛimo generãtes / nec leones ad duos leones: g̃ nec hoĩes poſſunt referri ad duos hoĩes. Sed ſi hominẽ aliunde aſſũpſiſſet / aut in illo vere eſſet natura humana aut nõ. ſi non / tunc nihil valet nobis redemptio: qꝛ ꝓ nobis ſatiſfacere nõ debuit qui homo nõ fuit / vt ſupꝛa ꝓbatũ eſt. Si autẽ vere eſſet in ipſo natura humana / tunc natura humana vna ſpecie nõ referret̃ ad vnũ pꝛincipiũ pꝛimũ / quod eſt contra omnẽ nature oꝛdinem: g̃ creatoꝛ nature qui hũc nature oꝛdinem indidit eſſet etiam nature ꝑuerſoꝛ qꝺ eſſe nõ poteſt. 3a

Itẽ in natura materiali recurſus eſt ad materiale vnum pꝛincipiũ in illo genere: g̃ hoc etiã erit in natura humana. hoc igit̃ materiale aut erit in pꝛimo hoĩe aut extra ipm. Si in pꝛimo homĩe / tũc oĩs homo materialiter erit ab illo / ſicut eſt veritas: ⁊ xp̃us homo materiã ſumere cõgruent̃ nõ potuit niſi ab illo. Si autẽ extra ipſum: g̃ aliq̃d de materia poſſibili ad foꝛmam hoĩs poſſibilitate diſpoſita (qꝛ de illa loquimur) fuit extra pꝛincipiũ ꝓpagatõis nature humane. Sed quicq̃d eſt extra pꝛincipiũ ꝓpagatiõis non ꝓpagat̃: ergo aliqua materia diſpoſita ad foꝛmã hominis qꝺ nõ eſt intelligibile: ergo neceſſe fuit ꝙ tota fuit infra. Si igit̃ chꝛiſtꝰ homo eſſe debuit ex materia ade naturã aſſumere opoꝛtuit. 4a

Solutio. Solutio vltimis rõnibus cõſentiendo dicimus ꝙ deo nihil eſt impoſſibile: ſed quantũ eſt de cõgruitate nature et ſatiſfactiõis nõ debuit chꝛiſtꝰ aliunde q̃ȝ de Adam hominẽ accipere.

Ad ꝓmũ Ad pꝛimũ ergo dicendũ ꝙ Aug. loquit̃ de potentia dei abſoluta cui nihil eſt impoſſibile nec incõgruũ: qꝛ eo ipſo ꝙ faceret h̃ ꝯgruũ eſſet.

Ad 2m Ad aliud dicendũ ꝙ aliud eſt de extrahente de loco ad locum / ⁊ de extrahente ꝑ meritũ ſatiſfactiõis: qꝛ illũ opoꝛtet diſtare a loco caſus: iſtum autẽ ei qui cecidit in aliquo cõmunicare licet nõ in debito ſatiſfactiõis / niſi ſicut ipe volens debitoꝛẽ facit vnde cõmunicabit in pena ⁊ natura.

Ad 3m Ad aliud dicendũ ꝙ totum qꝺ fuit actu in Adam hoc pene ⁊ debito pene ſubiacuit: et etiã quicq̃d fuit hoc modo oꝛiginis: ſed ipſe oꝛigo eſſe potuit: ſed nõ quicq̃d materialiter: id eſt per coꝛpulentã ſubſtantiã in eo fuit / ſubiacuit debito / licet pene ſubiaceret: qꝛ chꝛiſtꝰ fuit in lumbis eius per coꝛpulentã ſubſtantiã. Uñ dicit Augu. ꝙ fuit in eo vulnus et medicina vulneris: hoc tamen purgatum fuit antequã aſſumeretur. Unde poſſumus dicere ꝙ totũ in eo ſubiacuit debito pene / ſed vt aſſumptum de eo non ſubiacuit debito pene: ſed

penalitatē voluntarie aſſumpſit q̄ ſupare eum ſi vo luiſſet potuiſſet. Prima tñ̄ ſolutio magis cōcordat verbis Augu. ſup poſitis de xp̄i decimatōe diſtinc. tertia.

Ad 4m Ad aliud dicēdū ꝙ aliud eſt de medicina ſpirituali ⁊ corporali: q2 ſpiritualis eſt ꝑ modū iuſticie ⁊ ſatiſfacientis: ⁊ ideo ꝓut exigit iuſticia reſtitutionē querēs nō dimittit̃ in ea reatus pene niſi ꝑ pene ſuſtinentiā: ⁊ ideo cōueniens fuit chriſtū de adam na

Arti. III turā hominis aſſumere.

C

## An chriſtus debuit naturā aſſumere que eſſet principiū omniū.

Arg. pmo Secundo querit̃ vtrū xp̄us debuit alicui⁹ naturā aſſumere que eſſet principiū omniū ſicut adam: videt̃ aūt ꝙ ſic: q2 dicit ap̄lus ad Roma. 5. ꝙ ſicut ꝑ inobedientiā vni⁹ peccatores cōſtituti ſunt multi/ita ꝑ obedientiā vni⁹ iuſti cōſtituunt̃ multi: g̃ iuſticia debet eſſe ꝓpagabil' in vno ſicut peccatū: hoc aūt eſſe nō pōt niſi ſit principiū omniū: er

2o go videt̃ ꝙ natura que eſt in chriſto debet habere relationē principij ad totā naturā humanā. Itē hec eſt cauſa ꝙ peccata parētū nō innaſcunt̃ puulis: q2 licet ex ipſis ꝓpagent̃/tñ̄ in eis nō inueniunt̃ ſicut in principio toti⁹ originis humane: g̃ ꝑ cōtrariū ꝙ iuſtificant̃ ex vno debet eſſe cauſa: q2 originaliter i vno

3o reparant̃. Item null⁹ magis ſatiſfacere debet pro omnib⁹ q̄ ille q̄ eſt origo omniū ⁊ in quo oēs peccauerūt: g̃ videt̃ ꝙ cū xp̄us ꝓ oīb⁹ ſatiſfacere venerit ꝙ

In ɔ̄riū pō eum qui origo omniū erat ꝓthoplaſtū ſcʒ/aſſumere debuit. Sed cōtra ſicut pri⁹ probatū eſt cōtra nature totius rōnem eſt ⁊ ordinē vt duo ſint principia vni⁹ eodē modo principiādi: g̃ xp̄us principiū omnium hoīm in cōformitate nature eſſe non potuit niſi

2o ip̄m adam aſſumeret. Adhuc aūt ſequerent̃ quiqʒ maxima incōueniētia/quoꝝ primū eſt q2 aſſumpt⁹ ⁊ aſſumens eſſet vna ꝑſona/⁊ cū aſſumpt⁹ damnabiliter peccauerit/ſequeret̃ ꝙ fili⁹ dei damnabiliter peccaſſet/ q2 q̄cq̄d agit hic homo vel egit totū ageret filius dei aſſumens. Secundū eſt ꝙ cū tota natura ade actualit̃ peccato ſubiacuerit ſequeret̃ ꝙ xp̄i natura peccato ſubiacuiſſet/qđ iterū falſum eſt. Tertium eſt ꝙ oporteret ꝙ gratia originalit̃ eſſet ex carne ſicut ⁊ peccatū: q2 nō poſſet fieri m'tiplicatio niſi ſm generationē qua xp̄s generaret: ⁊ hoc ip̄m abſurdū ⁊ horrendū de xp̄o etiam eſt cogitare. Quartū eſt ꝙ ſm hoc xp̄us homo eſſet tūc generatiōe humana: q2 nō poterit naſci qui nat⁹ eſt. Quintū ⁊ vltimū eſt ꝙ ſm hoc xp̄us ex ꝑſona ade ꝑſonam aſſumeret/⁊ ꝑſona ꝑſonā ɔ̄ſumeret/ que q2 abſurda ſunt dicendū ꝙ xp̄s vnū q̄ materiale principiū vl' originale eſſet omniū principiū ſm ꝓpagatōnē aſſumere nō debuit. i.

Solo. nō fuit cōgruū. Ad primū ergo dicendū ꝙ ap̄lus lo

Ad pmū quit̃ ꝑ modū ſatiſfactiōis ⁊ meriti: ⁊ nō ꝓpagatiōis

Ad 2m nature materialiter vl' originalit̃. Ad aliud dicendū ꝙ nō eſt ſimile: q2 licet peccatū ꝑ eſſentiā ⁊ formā nō ſit in carne ſicut in ſubiecto: tñ̄ cauſalit̃ eſt in carne: q2 innaſcit̃ aīe ex carne: ſed gratia nec eſſentialit̃ nec originalit̃ poteſt nō niſi ex deo ⁊ nō niſi in ſubie

Ad 3m cto ſp̄uali qđ eſt aīa rōnalis vl' angel⁹. Ad aliud dicendū ꝙ licet null⁹ magis debeat tñ̄ null⁹ min⁹ poteſt q̄ ille. ad ſatiſfactorē aūt( vt ſupra ꝓbatū eſt) exigit̃ ꝙ poſſit et debeat ex natura: poſſit autem ex deitate ſibi cōiuncta.

## Si homo ille potuit peccare vel non eſſe deus.

Ideo nō immerito querit̃: Utrū homo ille potuerit peccare vel nō eſſe deus. Si eīm potuit peccare: ⁊ potuit dānari. Si potuit dānari: potuit non eſſe deus: ergo ſi potuit peccare: potuit nō eſſe de⁹: q2 eſſe deum ⁊ poſſe velle iniquitatē ſimul' eſſe nequeunt. Hic di a ſtinctione opus eſt: vtrū de ꝑſona an de na b tura agit̃. Si eī de perſona agit̃ manifeſtū ē q2 peccare nō potuit: nec de⁹ non eſſe potuit Si vero de natura diſcutiendū eſt vtrū agat de ea vt verbo vnita an de ea tanq̄ non vnita verbo: ⁊ tñ̄ enti: id ē an de ea ſm ꝙ fuit vnita verbo: an de ea ſm ꝙ eſſe potuit ⁊ nō vnita verbo. Non eſt eīm ambiguū animā illam entem vnitam verbo peccare nō poſſe: et eſt ſine ābiguitate verū eandē ſi eſſet ⁊ non vnita verbo: poſſet peccare.

## An deus potuit aſſumere hoīem pctōrē. Arti. IIII.

D Deinde querit̃ de hoc qđ dicit in ſcđa qōne ibi [Ideo nō īmerito q̄rit̃ vtrū ille] Uidet̃ aūtē Ar pō q ſic ꝙ aſſumere potuit hoīem pctōrē: q2 cū omnipotens eſt: g̃ cum ſit potentie illū aſſumere potuit.

2o P. miſcđia fuit ꝙ miſeriā noſtrā aſſumpſit: g̃ maiorem aſſumere miſeriā maioris fuit miſcđie: ſed miſerior ē pctōr q̄ innocēs: g̃ maioris miſcđie fuiſſʒ aſſu

3o mere pctōrē q̄ inocētē. Itē nāa opat̃ breuiori modo quo pōt: g̃ videt̃ ꝙ cū ſupfluū min⁹ ſit in gratia q̄ ī natura eo ꝙ gr̄a m'to paucioribꝫ ſe expedit/ ſʒ aſſumēdo pctōrē ſtatim fuiſſet curat⁹ a pctō ⁊ nō oportuiſſet poſtea p̄dicare ⁊ pati/ ⁊ multa alia facere q̄ fecit: g̃ videt̃ ꝙ aſſumere debuit pctōrē. Sʒ cōtra ſi Rō ī oppo aſſumpſiſſet pctōrē ex pctō debitū mortis habuiſſet ſitum. g̃ ꝑ mortē ꝓ nullo ſatiſfeciſſet: q2 dicit Anſel. ꝙ id qđ

Solo ꝓ ſe debet ſoluendo illud ꝓ alio nō ſatiſfacit. Solo dicendū ꝙ in veritate pctōrem nō potuit nec debuit aſſumere: quia hoc nec nature dei nec officio mediatoris cōpetebat/ ⁊ redimendis intuliſſet toti⁹ redēptiōis impedimentū. Ad primū g̃ dōm eſt ꝙ impo Ad primū. tentie eſt aſſumere pctōrē/ita ꝙ pctō ſuo ſubiaceat aſ

Ad 2m ſumens. Ad aliud dōm ꝙ crudelis eſt miſcđia nec eſt miſcđia q̄ miſeriā auget ⁊ nō abolet. Si aūt xp̄s pctōr fuiſſet tanto plus fuiſſem⁹ miſeri: q2 tūc ille in quo oīm ſpes erat vt a pctō liberaret a pctō nec ſeip

Ad 3m ſum liberare potuiſſet. Ad aliđ dōm ꝙ hec nō erat breuis via. ſi eīm prius purgaſſet pctōrē ⁊ tūc aſſumpſiſſet licet illū liberaſſet/nos tñ̄ adhuc nō liberaſſʒ: ⁊ iō adhuc oportuiſſet eū oīa facere q̄ fecit ⁊ noſtram naturā innocentē in vtero virginis aſſumendo.

## An xp̄us potuit velle malū aut iniq̄tatē. Arti. V

E Deinde querit̃ de hoc qđ dicit [Eſſe deū ⁊ poſ

Arg. pmo D ſe velle iniq̄tatē ſimul ⁊ē. Uidet̃ eīm ꝙ hoc ſit falſum: aut eīm xp̄s potuit peccare aut nō peccare. ſi nō potuit peccare: g̃ neceſſario fuit bon⁹: g̃ bonitas ſua nō fuit laudabilis. Si potuit peccare habeo ꝓpoſitū: q2 ſi potuit peccare potuit velle iniq̄tatē/ ⁊ tñ̄ de⁹ eſt: g̃ ſimul potuit peccare ⁊ eſſe de⁹. P.

2o opponūt quidā ſic: xp̄s aut mentiri potuit aut nō. ſi nō potuit: g̃ falſū ꝓferre nō potuit: g̃ non potuit oīa

quētū potes:q2 tu falſum proferre poteris. Si autē mentiri potuit:ḡ peccare potuit. ⁊ oē peccatū actuale
3o precipue eſt voluntariū:ḡ potuit velle pctm̄. Item videt voluiſſe pctm̄ aliqn̄:q2 voluit hoc qḋ nō voluit
Solo. deus pater:q2 voluit calicē tranſferri a ſe. Si di-
Inſtantia cas q nō eſt pctm̄ velle qḋ deus nō vult. Cōtra ſuper illud Cant.1. Recti diligunt te. dicit gloſa q curuitas aīe eſt velle illud qḋ deus nō vult:ḡ eſt peccatū
4o q2 nihil eſt curuitas aīe niſi pctm̄. Itē aut voluit q calix ab eo tranſiret/aut nō. ſi ſic/tunc voluit qḋ paṫ noluit:⁊ ſic voluit peccatū:vt videt. Si nō ⁊ petijt:ḡ petijt qḋ nō voluit. ⁊ ita duplex videt fuiſſe/qḋ iterū peccatū eſt. ⁊ ita videt q nō repugnent iſta poſſe velle
Solo iniqtatē ⁊ eſſe deū. Solo dōm q xp̄us non potuit velle iniquitatē:⁊ hoc nō fuit coactio:ſed imobilitas
Ad primū. honeſtatis ſue ex vniōe ad deitatē. Ad primū ḡ dicendū q bonitas xp̄i laudabiliſſima fuit ex hoc q peccare nō potuit:q2 hoc non poſſe nobiliſſimū poſſe eſt. vnde nō ſonat coactionē/ſed potius imobilitatē voluntatis ex pfecta affectiōe circa ſummū bonū quam
Ad 2m habet xp̄us ex vnione. Ad aliud dicendū q xp̄us nunq̄ mentiri potuit:⁊ pono q proferat falſum erit materialiter ſuppoſitū ſuū falſum:⁊ nō cū intentione fallendi vel ſignificādi falſum ita eſſe vt pronunciat/
Ad 3m falſitas aūt veritati imiſceri nō poteſt. Ad aliḋ dicēdū q xp̄s nūq̄ voluit qḋ pr̄ noluit eū velle. qn̄ em̄ pater eū fecit hominē voluit eū velle ⁊ oñdere ſe velle omnia homini naturalia:⁊ ideo voluit eū velle qḋ ſequebat ex timore naturaliū qḋ dixit: Si viſ. ⁊c. oſtēſiuū fuit naturalis timoris:⁊ h̄ velle dūmodo timor nō deduceret rationē nō fuit cōtrariū voluntati pr̄is
Ad inſtātiā de Cant. ſed potius pater voluit eū hoc velle. Ad id qḋ obijcit de Cant. dicendū q intelligit de cōformitate voluntatis dei ⁊ forma volēdi. ſ. vt ex eadē charitate velimus ex qua vult deus. in volito em̄ ſolo qn̄q̄ conformare volūtatē ad voluntatē eſt mortale peccatū: vt patet in fine primi libri in auctoritate aug. de duobus filijs/quoꝝ vnus ex auaritia patrē morientem
Ad 4m vult mori. alter ex pietate vult eū viuere/ qḋ nō vult deus. de hac aūt materia ibi plura notata ſunt Ad aliud dicendū q petijt qḋ voluit eū pater petere quādo naturā paſſibilē dedit:⁊ iō nec duplex/nec diſformis a patris voluntate oſtendit.

Artic. VI. f

## An iſta ſit vera demonſtrando chriſtū iſte homo peccare potuit.

Arg. po. Einde querit de hoc qḋ dicit:[Hic diſtinctō
D ne opus eſt. ⁊c.]ſ. b. Videt em̄ q hec ſimpliciter ſit falſa:iſte homo peccare potuit. ſicut eī in principio iſtius diſtinctiōis oſtenſum eſt/ li iſte demonſtrat ⁊ ſupponit perſonā:⁊ illa nō poteſt peccare ſiue intelligat in humanitate ſiue nō:ḡ opus eſt diſti-
2o ctiōis:ſed abſolute eſt neganda. Itē dec q demonſtrat naturā/adhuc nō excludit vnio:⁊ vnita nō pōt
3o peccare:ḡ adhuc ſimpliciṫ eſt neganda Itē demus etiā q nō ſit vnita cū xp̄us in ſe duo habuit. ſ. vniōē ⁊ ſtatū cōprehenſoris in via: q2 in via verus cōprehēſor fuit ceſſante vnione:nō ꝓpter hoc deficit rō cōpre-
Solutio henſoris:⁊ tunc iteꝝ peccare nō potuit:ḡ videt q in oī ſenſu iſta ſimpliciṫ ſit neganda. Solo. videt mihi ſimpliciter ⁊ abſolute neganda eſſe:⁊ tñ mgr̄ non intelligit diſtinctiōe opus eſſe q locutio ſit multiplex q2 in veritate abſolute eſt falſa:ſed intēdit q ſi queſtio fiat de natura/q tunc pōt intelligi vnita vel nō vnita ⁊ ſi intelligit nō vnita/tūc habebit potētiā peccandi nō ex aliquo inclinante in peccatū/ſicut nos ex fomite:ſed potius ex ſola flexibilitate liberi ar. ⁊ tūc ad argumentū cōtra factū de cōprehēſione dōm q cōprehenſio xp̄i fundat ſup vnione/⁊ ceſſante vniōe ceſſabit cōprehenſio in via:q2 in ſtatu patrie nō ſic eſt:ſed natura humana nō accipit ſic niſi ſola ⁊ nuda cōtemplatōe intellect9 qliṫ nunq̄ fuit:q2 ipē faciēdo eā vniuit/⁊ vniendo fecit eam eſſe.

## Quorundam opinio q potuerit etiam vnita peccare.

Quidā tñ pbare conant etiā eā vnitā verbo poſſe peccare:q2 libeꝝ ar. habet:⁊ ita pōt flecti in vtrāq̄ ptē: qḋ friuolū eſt:cū ⁊ angeli libeꝝ arbitriū habeant:⁊ tñ gratia adeo ſūt cōfirmati vt peccare nequeant. Quantomagis
ḡ ille hō cui ſpūs eſt datus ſine menſura. In a
ducūt q̄ſ auctoritatē ad pbandū idē. Scriptū eſt em̄ in li. Sap. Qui potuit tranſgredi Eccl.31.
⁊ nō eſt tranſgreſſus:facere malū ⁊ non fecit
Sed hoc accipiendū eſt ſm mēbra: vel ptim b
de capite:partim de mēbris. de capite nō eſt tranſgreſſus:⁊ nō fecit malū. de membris potuit tranſgredi ⁊ facere malum.

## An chriſtus potuit peccare in actu. Arti. VII

Einde querit de hoc qḋ dicit: [Quidā tñ ni- g
D tunt pbare. ⁊c.] Licet em̄ xp̄us peccare non Arg. pmo
potuerit in actu:videt tñ potētiā peccādi habuiſſe pluribꝫ rōnibꝫ/quaꝝ prima ſumit ab auctoritate Bern.q dicit q tantū deſcendit quantū deſcēdere potuit:ſed infimus gradus pter culpā eſt potētia peccādi/⁊ nō peccare:ḡ videt q ad illū gradū deſcen
dit. Itē Ariſto. in. 3. thopicoꝝ: Poteſtates maloꝝ 2o
eligēde ſunt vt furari. ⁊c. pōt em̄ deus praua agere:
ḡ videt q xp̄us elegerit ſibi has ptātes. Itē omis 3o
potentia rōnalis eſt ad oppoſita. xp̄us habuit formā rōnalē:ḡ habuit eā ad oppoſita:ḡ habuit potētiā ad
malū ſiue mali:ḡ habuit potētiā peccādi. Sed cō Rō.
tra putas ne q additū minus ⁊ ſubtractū auget eſſe libertatē ⁊ partē libertatis. ita dicit Anſ. ⁊ loquitur de flexibilitate ad oppoſita: ḡ flexibilitas minuit libertatē arbitrij ſi addat ei:ḡ videt q nō fuerit in xp̄o
q2 nihil minus libertate ſua pfuiſſet nobis. Solo Solo
dōm q xp̄us poteſtatē peccādi nō habuit. Ad pri- Ad primū
mū ḡ dōm q potētia peccādi defectus eſt ⁊ in illū defectū deſcēdere nō eſt hūilitatis /ſed pucrſitatis:⁊ iō
xp̄us in illū deſcendere nō debuit. Ad aliud dōm Ad 2m
q ptātes maloꝝ nō ſunt ptātes ad mala:⁊ iō nō eligunt ſm q ſunt maloꝝ:ſed eligunt ſm q ſunt poteſtates ad bona:q2 eadē eſt poteſtas bona ⁊ mala:licꝫ non ſit niſi ad bonū:⁊ ideo gr̄a illius ad qḋ finaliṫ eſt dicit eā eſſe eligendā/⁊ nō gratia mali qḋ qn̄ eſt indicat defectū eius. q autē dicit q deus pōt praua agere intelligit ſic vt quidā dicūt/q quedā facere poteſt deus que nunc praua ſunt:ſed ſi faceret ea non eſſent praua. vel poteſt dici ipm̄ loqui ſm opinionē gētiliū
de his que idola ſunt. Ad aliud dicendū q potētia Ad 3m
rationalis vt eſt potētia/eſt ad oppoſita:⁊ ſic ſp fuit i chriſto. vnde in ipo nunq̄ fuit vt potentia indifferenter ſe habens ad vtrūq̄ contrarioꝝ.

Arti. VIII. **An xp̄o datus ſit ſpūs ⁊ grā ſine menſura.**
H Einde querit̃ de hoc qđ dicit: [Jlle homo cui
Arg. ꝑmo d ſpūs eſt datus ſine menſura. ⁊c.] d̃. a. Videt̃
eñ hoc eſt falſum: quia ſpūs aut eſt hic creatꝰ
aut increatus. Si increatus hoc eſſet paꝝ dicere: qꝛ
oĩ ille dat̃ hoĩ cui dat̃ ſine menſura: quia ille non ha-
bet menſurā. Si aũt loquimur de creato q̄ eſt gratia
hoc aũt videt̃ falſum: qꝛ eſſentia aĩe xp̄i finita eſt: g̃ nõ
Sol'o eſt ſine menſura habitꝰ eius. Si dicas ꝙ eſſentia-
liter finitus eſt habitus gratie aĩe xp̄i: ſed virtute eſt
Jnſtãtia infinitus. Cõtra virtus infinita nõ eſt in ſubiecto
finito: ſi attendat̃ infinitas ſm vigorē virtutis: ⁊ nõ
ſm iterationē actuũ: quia motores ſpheraꝝ ſi tñ mo
tores habeãt: ſicut dicunt quidã phi. etiã ſi dicerent̃
ſemꝑ poſſe mouere / nõ ex hoc ſequeret̃ ꝙ eſſent infini
te virtutis: g̃ cũ virtus finita ſit in eſſentia / erit finita
in potẽtia merendi. ⁊ ita dat̃ ei ſpūs ad menſurã: ⁊ in
Rõ in opm eſſentia ſpūs gratie / ⁊ in vigore gratie. Sed ꝯtra
ponat̃ ꝙ xp̄us habeat gratiã finitã / alius ſanctus q̄-
cũqꝫ ſit habebit aliquanto minorē: ⁊ cũ vtraqꝫ ſit fini
ta eſſent ꝓportiõabiles. finiti eñ ad finitũ ſꝑ eſt ꝓpor
tio aliqua. ꝓficiat g̃ ille ſanctus: g̃ tñ ꝓficere põt
ꝙ gratia ſua erit ſicut gratia xp̄i in quãtitate / qđ fal-
ſum eſt: g̃ gratia xp̄i etiã creata eſt ⁊ finita: vt videtur
Jtē Anſ. probat ꝙ infinitũ eſt qđ adã abſtulit deo: ⁊
nõ poteſt recõpenſari niſi per infinitũ bonũ: ſed recõ-
penſat̃ per meritũ chriſti: ergo meritũ chriſti eſt infini
Solutio tũ bonũ. vt videt̃. Solutio dicendũ ꝙ gratia chri
ſti duplex eſt. ſ. creata / que eſt habitus anime: ⁊ vnio-
nis que attingit gratiã infinitã: quia vnio facit homi
nē eſſe deũ / ⁊ poſſe qđ deus poteſt. Actus autē meri-
ti xp̄i attendit̃ penes vtrãqꝫ gratiã: quia aliter nõ eēt
veꝝ qđ dicit Anſelmus / ꝙ illud non poſſit redimere
niſi deus. vnde dico ꝙ habitus anime chriſti eſt ha-
bitus anime vnite deitati: ⁊ agit in virtute illiꝰ vnio
Ad ꝑmũ nis. Dico igitur ad primũ ꝙ eſt finitus habitus in
ſua ſubſtantia: ⁊ tamē poteſt in infinitũ. nõ ex ſe: ſꝫ qꝛ
eſt habitus potentie vnite deitati. vnde nõ eſt ſimile
ad quã libet virtutē creatã ſimplicē / que nõ eſt vnita.
quia illa nõ poteſt in hoc qđ poteſt chriſtus / propter
vnionē. ⁊ per hoc patet ſolutio ad vltimũ ꝙ nullꝰ q̄n
tũcunqꝫ ꝓficiat poteſt equare habitũ illũ ꝓpt̃ vnio
Ad inſtãtiã nē. Ad id quod ante obijcit̃ ad hoc ꝙ ſit infinitus
ſimpliciter: dicendũ ꝙ finitus eſt in eſſentia: tñ poſſe
eius nõ accipit̃ tñ ex ip̄o: ſed etiã ex vnione potentie
in qua eſt: ⁊ ab illa parte attingit infinitũ / ⁊ cõtrahit
infinitũ poſſe in actu: vt anſelmus probat. ⁊ per hoc
patet ſolutio ad totum.

Arti. IX **An xp̄us habuit poteſtatē tranſgrediẽdi.**
J Einde queritur de hoc qđ dicit: [Qui potuit
d tranſgredi ⁊ non eſt tranſgreſſus. ⁊c.] d̃. b.
Arg. primo Hoc eñ videt̃ eſſe ad augmentũ laudis: ⁊ ita
cũ nihil laudabiliũ defuerit xp̄o / videt̃ ꝙ hoc habuit
ergo potuit tranſgredi. nec videt̃ valere ſolutio magi
ſtri quia nihil laudabilium defuit xp̄o ergo in xp̄o fu
2o it tranſgrediendi potentia. P̄ dicit Damaſcenus
ꝙ aſſumpſit oĩa que in natura noſtra plantauit. ſed
hoc plantauit in natura noſtra: ergo aſſumpſit: g̃ po
3o tuit tranſgredi. Jtē Dama. Totũ eñ totus aſſũ-
pſit me / vt totũ mihi ſalutē gratificaret: ergo videtur
cũ potẽtia tranſgrediendi aliquid ſit de nobis ⁊ na-
Solutio turale nobis ꝙ xp̄us aſſumpſit illa. Solutio dicē
dũ ꝙ xp̄us potentiã trãſgrediendi nõ habuit: qꝛ trãſ
greſſio nõ potẽtia ſm ꝙ hmõi: ſed defectꝰ eſt Ad ꝑ Ad primã.
mũ ergo dicendũ ꝙ in homĩe dicit laudē nõ ꝑ ſe / ſꝫ ꝑ
accñs. ſ. inquantũ ex ea infert̃ volũtaria ſeruatio iu-
ſticie: ſed in quibus maioꝛ libertas eſt / rõ ſumit̃ non
ex huius potentia: ſed potiꝰ ex imobilitate libere vo-
luntatis ſeruantis iuſtitiã / ſicut in chriſto ⁊ cõfirma-
tis. Aliã ſolutionē magiſter dicit in lr̃a. Ad aliđ di Ad 2m
cendũ ꝙ potẽtia peccãdi inquantũ hmõi / nõ eſt plan
tata vt pars in natura noſtra: ſed potius eſt defectꝰ
cõſequēs ex hoc ꝙ creati ſumus de nihilo: ⁊ ideo nec
dicit libertatē (vt dicit Anſ.) nec ꝑfectõnē libertatis
Ad aliud dicendũ eodē modo ꝙ intelligitur de ꝑ- Ad 3m
tibus integralibꝫ ⁊ virtutibus: ſed potentia peccan-
di eſt defectus ⁊ impotẽtia ꝯñs exitũ rationalis na-
ture de nihilo: ⁊ ideo nõ oportuit illũ aſſumere: quia
non expediebat nobis

## Si deus potuerit aſſumere ho minem in ſexu muliebri.

Solet etiam queri q̄uis curioſe a nõnullis ſi
deus humanã naturam potuit aſſumere ſm
muliebrē ſexũ. Quidam arbitrant̃ eũ potuiſ
ſe aſſumere hominē ĩ femineo ſexu vt aſſum-
pſit in virili. Sed oportunius atqꝫ cõuenien
tius factũ eſt: vt de femina naſceret̃ ⁊ virum
aſſumeret: vt ita vtriuſqꝫ ſexus liberatõ oſtē
deret̃. Unde aug. in lib. lxxxiij. queſtionũ.
Homĩs liberatio in vtroqꝫ ſexu debuit appa
rere: g̃ qꝛ virũ oportebat ſuſcipere: qui ſexus
honorabilioꝛ eſt cõſequens erat ⁊ feminei ſe
xus liberatio. Hinc apparet quia ille vir de
femina natus eſt. Sapientia ergo dei que dr̃
vnigenitus filius homine ſuſcepto in vtero ⁊
de vtero virginis liberationē hoĩs indicauit

**An xp̄s debuit aſſumere hoĩem ĩ ſexu feĩeo** Arti. X.
Einde querit̃ de hoc qđ dicit in vltima q̄ſtiõe R Arg. primo
d ibi: [Solet etiã queri. ⁊ c.] Videt̃ eñ ꝙ filiꝰ
dei hominē in femineo ſexu aſſumere debuit:
qꝛ mors prima per feminã inchoauit: g̃ etiã ꝑ feminã
debuit incipere vita. Jtē ſapiã que eſt filiꝰ q̄ſi femi- 2o
ne vitã geſſit q̄ nos viſceribꝫ charitatis cõcepit / ⁊ for
mauit ⁊ ꝑpit. vnde et Prouerb. vltimo fortis mu-
lier dicit̃: g̃ videt̃ ꝙ in ſexu femineo aptius fuit ſibi ac
cipe hominē q̄ꝫ in maſculino. Sed ꝯ ꝑdicatio ꝑ fe- Rões ꝑ ve
minã fieri nõ debebat / cũ g̃ ad annũciãdũ miſſus fue ritate. ꝑma
rat in femineo ſexu naturã noſtrã aſſumere nõ debu-
it. Jtē caput eccl'ie eſſe debuit. mulier aũt caput ec- 2a
cleſie eſſe nõ potuit: g̃ nõ debuit eſſe femina. Jtē in 3a
nullo genere eſt idē filiꝰ ⁊ filia: ſed xp̄us filius fuiſſet
eterna generatiõe. tꝑali aũt filia: g̃ fuiſſet filius ⁊ fi-
lia: qꝛ hypoſtaſes cõicarēt ſibijnuicē ſuas ꝓprietates
Jtē Ariſto. in li. de anĩalibꝫ. xvj. dicit ꝙ femina eſt 4a
mas occaſionatus: g̃ videt̃ ꝙ femina ſit ex imꝑfectio
ne nature. xp̄us aũt ꝑfectiſſimus eſſe debuit: g̃ debu
it eſſe filius ⁊ nõ filia. P̄ quattuoꝛ modis deus ho 5a
minē facere potuit: vt dicit anſ. ſcꝫ ſine viro ⁊ femĩa
vt adã. ex viro ſine femina vt eua. ex viro ⁊ femina vt
abel / q̄ curſus nobis ĩnotuit: g̃ reſtabat adhuc vnus
ſcꝫ ex femina ſine viro. ⁊ cum primo ex viro produxe

rat feminā reſtabat vt nunc ꝓduceret virū virginem
Solutio ex femina virgine. Solo. vltime rōnes ſunt cōce-
Ad primū. dende. Dicendū ad primū ꝙ licet mors hec intra-
uit ꝑ feminā: tamē ꝓpagatio mortis principalius eſt
per virū: quia ipe eſt principalior in generatōe: et ab
ipo principalius tranſfundit̄ in generatiōe originale
Ad 2m Ad aliud dōm ꝙ hoc intelligit̄ ſpūaliter ⁊ in ſpūa
li fecunditate quo ad predicationē aptior eſt ꝙ̄ in cor-
Ad alia. pore maſculꝰ eſt ꝙ̄ femina. Ad alia ſatis ſoluit ma
giſter in lr̄a vt per ſe patet inſpicienti.

## Si chriſtus ſm naturam homi- nis in ſapientia ⁊ gratia proficere potuit vel profecit.

Diſti. XIII.

Quō verbi ſeu xp̄i icar- natio ordi- nat̄ ad nr̄az redēptionē ꝙ̄tū ad ple- nitudinem grē ⁊ ſapiē ſimul.

p Reterea ſciendū eſt
chriſtū ſm hominē ab ipa cōceptō
ne gratie plenitudinē recepiſſe cui
ſpūs datus eſt nō ad menſurā in quo plenitu
do diuinitatis corporaliter habitat. Ita vo
habitat: vt ait Aug. ad Dardanū ꝙ omī gra
tia plenus eſt. nō ita habitat in ſanctis: vt in
a noſtro corpore ineſt ſenſus ſingulis membris
b ſed nō quantū in capite. ibi em̄ et viſus eſt et
auditus ⁊ olfactus ⁊ guſtus ⁊ tactus. in cete-
ris aūt ſolus eſt tactus. Ita in chriſto habita
tionis plenitudo diuinitatis: quia ille eſt ca-
put in quo ſunt om̄es ſenſus. in ſanctis vero
quaſi ſolus eſt tactus: quibus datus eſt ſpi-
ritus ad menſuram cū de illius plenitudine
c acceperunt. Acceperunt autē de illius pleni
tudine nō ſm eſſentiā: ſed ſm ſimilitudinem
quia nunꝙ̄ illam eandē eſſentialiter: ſʒ ſimi-
d lē acceperunt gratiā. Puer ergo ille plenꝰ ſa
pientia ⁊ gratia fuit ab ipa cōceptione. Un-
Hiere. 31 de Hiere. recte dicit: Nouū faciet dominꝰ ſu
per terram: mulier circūdabit virum. quia ī
vtero virginis perfectus vir extitit: non ſolū
propter animā ⁊ carnē: ſed etiam propter ſa-
pientiam ⁊ gratiam qua plenus erat.
A Reterea ſciendum eſt xp̄m hominem. ⁊c̄.]
p Hic incipit pars illa que eſt de cōuenienti-
bus xp̄o ſm potentias vel virtutes natura
les quas ſuſcepit in humana natura: ⁊ ſm
ꝙ duplex eſt ſubſtantia humane nature/ ſic ſunt du-
plices potentie: ſ. anime ⁊ corporis: ⁊ de cōuenienti-
bus chriſto ſm potētias anīe agit primo. In ſecūda
aūt parte de cōuenientibꝫ ei ſm potētias corporis: et
hec incipit in diſtinctiōe .xv. ibi: [Illud quoqꝫ preter
mittendū nō eſt. ⁊c̄.] Prima habet duas queſtiones
de profectu gratie ⁊ ſapiētie xp̄i/ que inſunt per potē
tias anīe/ quaꝝ vna determinat̄ in iſta diſtinctōe: ſcʒ
qualiter in gratia ⁊ ſapiētia profecerit. Secunda eſt
de numero ſcitoꝝ vtrū tot ſciuerit ſicut pater ⁊ eque
limpide/ vel nō: ⁊ hec determinat̄ in ſequentibus ibi
[Hic queri opus eſt cū anima xp̄i. ⁊c̄.] Hec aūt diſti
ctio habet duas partes/ in quaꝝ prima queſtionem
mouet ⁊ ſoluit. In ſecunda obijcit in cōtrarium ibi:
[Huic aūt ſententie videtur obuiare. ⁊c̄.]

An grā chriſti fuit grā creata vl̄ increata. Arti. I
i Ncidit primo queſtio ex parte gratie ⁊ ſapiē
tie quā dicit̄ hic accepiſſe xp̄us vtrū fuit gra
tia creata vel increata: videt̄ aūt ꝙ increata. Arg. primo
Omne em̄ creatū eſt in numero/ pondere ⁊ menſura. ꝙ increata.
ſpūs huic hoī nō dat̄ ad menſurā: ḡ dat̄ ei ſpūs īcrea
tus. Itē in inferiori natura cōiuncta eſt diuinitas 2º
ſine medio habitu. ſ. carni: ergo multomagis ſuperio
ri. ſ. anīe ſine aliquo habitu creato cōiungebat̄. et ſic
iſte homo nō habuit ſapientiā vel gratiā que eſſet ha
bitus creatus. Itē inter ſimilia nō oportet ponere 3º
cōiungens mediū. anima aūt chriſti nihil habuit de ħ
qō facit diſſimilitudinē: qꝛ hoc (vt dicit aug.) ſolū pec
catū eſt: ergo nō oportet ponere habitū gratie mediū
quo cōiungat̄ anīe diuinitas. Itē in deo nō poni- 4º
mus habitū diſponentē potentiā eius ad opus: ergo
nec etiā in illa qō eſt vnitū deo: ſed tota anīa ſm oēs
potentias eſt vnita deo: ergo nō oportet aliud adiuto
riū ponere preter eā. ⁊ ſic nō eſt ibi habitus creatꝰ ali
quis. Itē natura expedit ſe paucioribꝫ quo poteſt: 5º
ergo multomagis gratia ⁊ deus. ſed diuinitas vni-
ta poteſt hoc facere per ſe ſine habitu gratie ⁊ ſapien-
tie creato: ergo ſuperfluit in xp̄o ponere habitū gra-
tie ⁊ ſapientie creatū. Sed cōtra optimo nihil de- In opm̄ p̄o
eſt de oī bonitate quā recipere poteſt. ſed chriſtꝰ opti
mus eſt: ergo nō defuit ei aliqua bonitatū/ quam po
tuit recipere. eſt autē ſuſceptibilis gratie create: ergo
habuit eā. Itē oīa humana que ſunt ꝑfectiōis habe
re debuit/ vt nobis cōformis oſtenderet̄: ſed gratia ē
de precipuis cōuenientibꝫ homī ⁊ ſapiētia: erga debu
it habere. Itē nihil redūdat ex aliquo niſi qō eſt in il
lo. gratia aūt ī merito redundabat ex chriſto in nos:
quia nobis meruit: ergo gratia qua merebat̄ in ipſo
fuit. ſed hec eſt creata: ergo gratiā creatā habuit/ ⁊ ea
dem ratione ſapientiā: quia illa redundabat ex ipſo ꝑ
doctrinā. Item chriſtꝰ fuit veriſſime in ſtatu viato
ris: ergo nō defuit ei gratia viatoris. hoc aūt eſt gra
tia creata: ḡ habuit gratiā creatā. Itē Eſa. 11. Re-
quieſcet ſuper eū ſpiritus domini/ ſpiritus ſapientie.
⁊c̄. Itē Eccī. 24. In me omnis ſpes vite ⁊ virtutis:
que omnia dicūt gratias creatas. Itē Matth. 12.
Diſcite a me/ qꝛ mitis ſum ⁊ hūilis corde. Pſ̄. 44.
Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Solutio ꝙ ſi vis Solo.
fiat in verbo ꝙ chriſtus ab inſtanti cōceptōis accepit
ſpiritū/ intelligit̄ (vt ſancti dicunt) de ſpiritu ī donis
creatis gratūfacientibus ⁊ gratiſdatis: ſed a ſpū in-
creato qui eſt filius potius recepta eſt humana natu
ra in ipo ꝙ̄ receperit: quia dicimur recipere ⁊ habere
illud quod nobis aduenit: vt ſupra dixit Aug. nō cui
nos aduenimus. hoc aūt nō ideo dico ꝙ tēpore chri-
ſtus fuerit homo ante gratiā ſuā: ſed ideo quia natu-
ra ſubiectū precedit habitū ⁊ habet habitū ⁊ non ha-
betur ab ipo. ſm hoc igit̄ dicendū ꝙ ſm intētionem
ſanctoꝝ intelligit̄ hoc de gratia creata. Ad primū
aūt qō cōtra obijcit̄ dicendū vt ſupra ꝙ ſpūs datus Ad primū.
eſt xp̄o nō ad menſurā per virtutē vnionis per quam
deus cōcurrit ad actū quēlibet chriſti: ⁊ ideo eſt infi-
nite virtutis/ vt dictū eſt ſupra. Ad aliud dicendū Ad 2m
ꝙ nō ponimus habitū gratie ⁊ ſapiētie in chriſto/ vt
ſit mediū vnionis deitatis ad animā vel ad carnē: ſʒ
potius vt perfectio informās opera/ ex parte potētie
create: quia nō mediante charitate vel caſtitate con-
iuncta eſt ei diuinitas: ſed potius immediate. Ad Ad 3m
aliud dicendū eodē modo ꝙ vna eſt ſolutio amborū.

Ad aliud dicendū q in deo nō ponit habitus propter ſimplicitatē: ſed tamē ipſe habet vere ſapientiam ꝛ bonitatē: ſed natura humana nec in xp̄o ſimplex eſt ꝛ ideo habitus anīe nō eſt ipſa anīa: vt magiſter dicit in lr̄a in penultimo capitulo diſtinctiōis iſtius Ad aliud dicendū q nō ponunt duo adiutoria potentie create propter infirmitatē deitatis: ſed potius ꝓpter vtriuſqꝫ noſtre demonſtrationē. vnde cū potentia humene nature in ipſo ſit in optimo gratie/ꝛ in optimo qđ eſt diuinitas/tunc cognoſcit vtriuſqꝫ veritas Ad aliud dicendū q deus nō tm̄ attendit in operando qđ de potentia ſua facere poſſit: ſed etiā quid ſm ſtatum nature in qua operat fieri cōgruū ſit. ꝛ cū hūane anīe cōgruū ſit mereri operat in ipſa per habitū ꝛ cū habitu meritorio. Ad aliud dicendū q natura expedit paucioribus ſe q̄ poterit: ita tamen q nō deficiat in neceſſarijs: ꝛ ita facit diuinitas vnita xp̄o: quia neceſſariū hūane nature nō deitati fuit vt perficeret optimo gratie ꝛ ſapientie.

Arti. II B

## Qualiter xp̄us dicatur caput noſtrum.

Einde querit de hoc qđ dicit Aug. [In nr̄o
D corpore ineſt ſenſus ſingulis mēbris: ſed nō tantū quantū in capite. ꝛc̄.] ſ.a. Ex hoc enim vult probare q xp̄us accepit ſpm̄ vt caput: nos autē vt mēbra. hic aūt incidit duplex q̄ſtio. ſ. qualit xp̄us
Rō pma. dicat caput/ꝛ que ſit gratia capitis. Ad primū ꝓcedit ſic ad Eph. 2. dicit gloſa/ q xp̄us eſt caput ſm deitatē.
2a Itē Hila. dicit q caput omniū xp̄us. caput ḡ xp̄i deus: ſed oīum nō poteſt eſſe caput ſm conformitatē nature: ḡ ipſe eſt caput omniū ſm deitatē.
3a Itē a capite fluit ſenſus ꝛ motus in oīa mēbra: ſed ſenſus ꝛ motus eccl'ie nō ſunt a xp̄o niſi ſm diuinam
In opm af. naturā: ḡ ipſe eſt caput ſm diuinā naturā. Sed cōtra caput qđ nō eſt vnius nature cū alijs mēbris facit corpus monſtruoſum: ſed eccleſie corp⁹ nō eſt mōſtruoſum: ḡ eccl'ie caput eſt in conformitate nature cū
Solutio ad totū. alijs mēbris. Solutio. dicim⁹ q caput habet tria in ſe in cōparatione ad corpus: quoꝝ vnū eſt virt⁹ q̄ principiū eſt effectiue influens virtutē ſenſus ꝛ mot⁹: q̄a ſenſus fluit ab anteriori parte capitis: motus autē a poſteriori ꝑ neruos ſenſibiles ꝛ motiuos. Secundū aūt eſt id qđ aīa formalit influit mēbris aſſimilando ea ſibi in virtute ſenſitiua influxa que quaſi formalit adheret mēbris. Tertiū aūt eſt conformitas nature cū mēbris: ꝛ ſic tripliciter cōſiderari poteſt caput ſpirituale qđ eſt xp̄us. ſi aūt cōſideret vt principiū influens effectiue tm̄/tunc eſt caput oīno ſm deitatem. ſi aūt vt eſt principiū effectiuū ꝛ aſſimulās ſibi ꝑ aliqđ qđ influit qđ eſt vt forma: ſic eſt caput beatoꝝ ꝛ exiſtētiū in gratia/quib⁹ influit quaſi ſimilitudinē ſue vite ꝛ ſui motus ꝛ ſui ſenſus in donis ꝑficiētib⁹ intellectū ꝛ affectū. Si autem tertio mō cōſideret/tūc eſt caput hominū tm̄. ꝛ per hoc patet ſol'o ad oīa obiecta pret
Ad obiectū vltimū. vltimū Ad qđ dicendū q illud qđ ē diuerſe nature ꝛ gratie nō facit monſtruoſitatē dūmodo habeat ad corpus ordinē vt influēs extra: quia alit mōſtruoſa eſſet cōiunctio aīe cū corpore: ſed id qđ eſt diuerſe nature nō habet virtutē influēdi in corp⁹: vt caput leonis/vel hmōi. illđ fac mōſtrū in cōpōne ſui ad corp⁹.

Arti. III. C

## Que ſit gratia capitis.

Ecundo querit que ſit gr̄a capitis: videt autē q vnio: q2 illa eſt gr̄a capitis que facit virtutē influendi ꝛ ſenſum ꝛ motū. nō aūt habet
Arg. pmo F virtutē influēdi ſenſum ꝛ motū niſi ex deitate: ḡ videtur q vnio ad deitatē cōfert ſibi gratiā capitis Itē 2o caput eſt regitiuū mēbroꝝ: ḡ id qđ cōſtituit in altero regiminis mēbroꝝ illud dat gratiā capitis. hoc aūt facit vnio: ḡ vnio eſt gr̄a capitis. Sed cōtra gr̄a capitis eſt que influit mēbris. vnionē aūt xp̄us nō influit In ꝯriū. mēbris: ḡ vnio nō eſt gratia capitis. Solutio dicendū gratia xp̄i eſt triplex. ſ. vt vniti/ꝛ vt capitis/et Sol'o vt ſingularis hoīs. illa q̄ eſt vniti nō eſt ad menſurā: ſicut in precedentib⁹ habitū eſt. Illa aūt q̄ eſt capitis eſt influens ſupra mēbra tripliciter ſm triplicē capitis cōſiderationē: ſed effectiue influit ſm duas conſiderationes primas. In tertia aūt cōſideratiōe ipſe qđē qui eſt caput adhuc effectiue influit: ſed nō inquantū homo: ſed influit ſic triplicit. ſ. meritorie: q2 meretur nobis influxū gratie: ꝛ mediatoris mō ſiue redēptoris: q2 tollit obſtaculū influxus in nos/qđ obſtaculū eſt debitū ade qđ ſoluit. Tertio mō exemplarit: gratia aūt ſingularis hoīs fuit etiā in eo priuilegiata in operib⁹ gratie gratiſdate: vt in verbis ſapie ꝛ ſciētie ꝛ miraculis/ꝛ hmōi opib⁹ gr̄e gratūfacientis: q2 nullius hominis vnq̄ pōt eſſe gratū opus q̄ ſicut ſuū fuit
Ad obiecta Dicendū ḡ ad primū q vnio eſt gr̄a ad eſſe deū hūc hominē/ꝛ nō ad influendū: ꝛ eſt bene cōſtituēs in loco ꝛ rōne capitis: ſed tamē ipſa nō eſt qđ caput cōicat mēbris. ꝛ per hoc patet ſolutio ad totū.

Arti. IIII. D

## Quos ſenſus ſpirituale caput influit in membra ſpiritualia.

Einde querit de hoc qđ dicit: [Ibi eīm viſus
D et auditus ꝛ olfactus ꝛ guſtus et tactus eſt. ꝛc̄.] ſ.b. Licet eīm hic aug. loquat ꝑ ſimilitu-
Ad obiectū dinē: tn̄ illi ſenſus ſpūaliter ſunt in nobis: videt autē q tm̄ tactus fuit in xp̄o: q2 caput non influit mēbris niſi tactū/ꝛ nō alios ſenſus: ḡ videt q hoc in ſpūalib⁹ ſit eodē mō. Sed cōtra Pſ. 33. Guſtate ꝛ videte/ In ꝯriū obijcit qm̄ ſuauis eſt dominus. ḡ habem⁹ guſtum ꝛ viſum Itē reprehenſiue dicit de malis: Aures habent et nō audiēt: nares habent ꝛ nō odorabūt: oculos habent ꝛ nō videbūt: manus habent ꝛ nō palpabūt: ḡ videt q oīs ſenſus influat nobis caput noſtrū ꝑ ſpiritūſanctū. Itē Origen. ſuꝑ Leuit. Quinqꝫ ſunt Itē ſm origenē dr. ſenſus ſpūales. ſ. vt mundo corde videam⁹ deū/ꝛ audiamus que loquat. odoremus bonū odorē xp̄i: guſtem⁹ dulcedinē. de qua dicit: Si tamē guſtaſtis q̄ dulcis eſt dn̄s/palpemus cū iohāne verbū vite: ḡ videt q oīs ſenſus influit nobis ſicut hēt in ſe. Ulterius q̄rit penes qđ accipiunt iſti q̄nqꝫ ſenſus ſpūales Queſtiūcla cū obiectis dicit eīm Aug. q vno intellectu diſcernit quicqđ oīb⁹ ſenſib⁹ accipit: ḡ videt q hmōi q̄naria differentia ſenſuū nō poteſt ad ſpm̄ referri. hoc etiā videt q due ſūt differētie intellectus in nobis. ſ. intellectus q̄ eſt oīa intelligibilia facere in nobis: ꝛ intellect⁹ quo ē omīa intelligibilia fieri/hoc eſt agēs ꝛ poſſibilis: ḡ videt q nō ſit hmōi quinariā diuiſionē facere. Sol'o dicē-
Solutio ad primū. dū q in veritate aug. loquit ꝑ quandā ſimilitudinem capitis materialis ad caput ſpūale. caput eīm materiale aliquē ſenſum quē habet influit toti corpori: ꝛ aliquos etiā nō influit: ſed vni mēbro vnū/ꝛ alij alium: vt oculo viſum: lingue ꝛ palato guſtū: ꝛ auditū tympano auris: ꝛ odoratū olfactus/qđ ſunt duo coni cerebri in anteriori parte capitis ad modū coni mamille: vt dicit phs. oīb⁹ aūt mēbris influit tactū: quia (vt dicit phus) ille eſt ſenſus propter quē anīal eſt. et nō

eſt tā ſenſus q̄ꝫ differentia generalis cōſtitués vl'naturā ⁊ ſenſus neceſſitatē. ⁊ ſic xp̄us quedā dona excellenter habet / ⁊ nulli influit. quedā aūt influit quibuſdā / nō omnib. ſ. gratias gratiſdatas: oīb aūt influit qđ eſt neceſſe ad eſſe ſpūale: ⁊ hoc eſt ꝑ modū tactus ſine quo nō poteſt eſſe animal: ⁊ influit omnib motū meriti. ⁊ hoc donū eſt charitas: tamē aug. nō contradicit qn in nobis ſunt oēs ſenſus ſpūales. ⁊ ꝑ hoc

Ad id qđ eſt in ɔ̄riū. patet ſolutio ad primū. Ad id qđ in cōtrariū obijcit dōm ꝙ in nobis ſint oēs ſenſus ſpūales: vt dicit Origenes. ⁊ inuit pſ̄. Et poſſunt diſtingui hoc mō q2 ea que accipiunt a deo ſunt duplicia. ſ. bonitas et veritas. bonitatē in affectu / ⁊ veritatē in intellectu. bonitas aūt accipit duob modis. ſ. ꝑ ꝓpria: ⁊ ſic accipit per modū tactus. hoc modo quo tactus imutat penes cōiunctionē extremoꝝ. ⁊ hoc fit qn̄ experimento deū attingimus / ⁊ bonitatē ei9. accipit ⁊ bonitas penes ea q̄ oſtendūt cōplexionē eius ⁊ ſaporē. ſapor em̄ eſt ſequela cōplexionis rei tāgibilis cōmixte: ⁊ ſic ſpiritualit probamus dulcedinē dei in effectib: in quibus in via charitas eius monſtrat / ſicut in ɔplexione corpis ⁊ ſanguinis ſui. de q̄ dicit Sap. 16. Subſtantiā tuā ⁊ dulcedinē tuā quā in filios habes oſtendebas / ⁊ volūtati vniuſcuiuſqꝫ coꝝ deſeruiēs ad qđ

Replica quiſqꝫ volebat conuertebat. Si aūt obijcit contra hos duos ſenſus / ꝙ ſenſus eſt vis cognitiua. iſtud autē nō ordinat ad apprehendere: ſed potius ad afficit: dicendū ꝙ eſt cognitio ꝑ modū receptōis quaſi ab extra: ⁊ ē cognitio expimētal'. ſic dicit Dyo. ꝙ ierothe9 patiēdo diuīa didicit diuīa: ⁊ hec cognitiō ē ꝑ guſtū ⁊ tactum ſpūales. Si vō eſt perceptio veritatis / hoc ē duob modis. ſ. vt eſt veritas / vel vt eſt ordinata ad bonū: hoc eſt veꝝ in ratione veri: vel veꝝ in ratōe boni. ſi aūt eſt in ratiōe boni tunc eſt ſpiritualis odoratus. odor em̄ fit ex fumali euaporatiōe oſtendente rei ſaporē. ⁊ veꝝ in ratiōe quaſi euaporat ſaporē boni: et oſtendit ip̄m quaſi ꝑ diſtans qđ eſt veꝝ. Si vō eſt verū vt veꝝ / aut in ſigno / aut in ſe. ſi in ſe / tunc eſt viſus qui eſt in rei formā per ſe. Si ſecundo modo. ſ. vt ī ſigno / tunc eſt vt auditus: quia auditus eſt ꝑceptiuus forme rei in ſigno: et ideo iſti duo ſunt diſciplinales /

Ad q̄ſtiūculā cū obis vnus inueniendo / alter accipiendo ꝑ doctrinā Ad id quod vltimo obijcit dicendū ꝙ intellectus poſſibilis eſt vnus: ſed ſpeculatiu9 vel id quod eſt in ip̄o poteſt habere rationes differentie ſm actū / ſm ratōnes que dicte ſunt. ⁊ per hoc patet ſolutio ad totum.

## Arti. V E

## Utrū nos recipimus de plenitudine gratie chriſti eandem: et tantam gratiam quam ipſe accepit.

D Einde querit de hoc qđ dicit: [Acceperūt autē de illi9 plēitudine nō ſm eſſentiā. ⁊c̄.] ſ̄. c.

Arg. primo Videt ꝙ hoc ſit falſum: quia eſt in eo plenitudo redundantie: ḡ videt ꝙ iſtud idē in nos redundat qđ in ip̄o fuit: ⁊ ita per eſſentiā nos accipimus de eo

20 dem. Itē redemptionē nō habuimus niſi vnam: ⁊ hec facta eſt per chriſtū: ergo videtur ꝙ ad minus illā

Solutio eſſentialiter omnes accepimus. Solutio dicendū ꝙ magiſter hic loquit de gratia habituali qua formaliter iuſti ſumus: tamē cū dicit ꝙ accepimus ſm ſimilitudinē intelligendū eſt ꝙ hoc nō ſufficit ꝙ ſolū illi9 ſimilitudinē habeamus: quia ſic poſſemus accipere de gratia pauli vel petri: ſed exigit influentia capitis que ſupra dicta eſt. ſ. ad hoc ꝙ efficienter ſm ꝙ deus ⁊ meritorie ſm ꝙ homo influat nobis ſimilē gratiam ſue gratie / licet nō tantā. Ad primū ergo dicendū Ad primū. ꝙ eſt redundās nō materialiter / ſed cauſaliter: vt dictum eſt. Ad aliud dicendū ꝙ receptio eſt gratia cō Ad 2m munis quo ad aliquid / ⁊ quo ad aliquid ſpēalis: quo ad ſolutionē em̄ debiti adam cōmunis eſt: ⁊ ſic nō eſt in nobis. ſed quo ad efficientiā propriā. ſ. vt in me remoueat debitū ade / qđ eſt reatus originalis opoꝛtet accipere gratiā habitualē que formaliter deleat pēccatū. ⁊ hec eſſentialiter nō fuit in xp̄o: ſed prima ꝑ proprium opus ſuū facta eſt.

## An chriſtus fuit plenus ſapientia ⁊ gratia ab ipſa conceptione. Artic. VI. F

D Einde querit de hoc qđ dicit: [Plenus ſapiētia ⁊ gratia fuit ab ip̄a cōceptione. ⁊c̄.] ſ̄. d. Hoc em̄ videt falſum: quia Luce. 4. ſuper illud: Hodie cōpleta eſt hec prophetia in aurib vr̄is. ⁊c̄. dicit gloſa: Pre omnib ſanctis vnctus eſt vnctōne ſpūali quādo ſpūſſanctus deſcendit ſuꝑ eū in ſpecie columbe. hoc aūt factū eſt cū erat incipiens q̄ſi eſſe annoꝝ trigīta. non ergo plen9 fuit ab inſtanti conceptionis. Solutio dicendū ꝙ eſt plenitudo ad actū Solō ad totū. perficiendi ip̄m plenū: ⁊ eſt plenitudo ip̄a redundās ex pleno ⁊ infundens alia. ⁊ prima fuit in xp̄o ab inſtanti cōceptionis. ſecunda aūt fuit ex quo miſſus eſt ſpūs corporali ſpecie ſicut columba in ip̄m: quia tunc effluxit vis regeneratiua in aquas: ⁊ etiā in alios ꝑ gratiam predicationis ⁊ miraculorum. ⁊ de hac plenitudine loquitur gloſa.

## Auctoritatem ponit que videtur obuiare.

Huic aūt ſentētie videt obuiare qđ in Luce euangelio legit. Jeſus ꝓficiebat ſapientia ⁊ Luce. 2. etate ⁊ gratia apud deū ⁊ homines. Si em̄ ꝓficiebat ſapientia ⁊ gratia nō videt a conceptiōe habuiſſe plenitudinē gratie ſine mēſura. Ad quod ſane dici poteſt ip̄m ſm hominē tantā a cōceptiōe accepiſſe ſapientie ⁊ gratie plenitudinē vt deus ei plenius cōferre nō potuerit: ⁊ tn̄ vere dicit ꝓfeciſſe ſapiētia ⁊ gratia. nō quidē in ſe: ſed in alijs qui de ei9 ſapientia ⁊ gratia ꝓficiebāt: dū eis ſapiē ⁊ gratie munera ſm ꝓceſſum etatis magis ac magis patefaciebat. Unde Grego. in quadā hom̄. ait: Juxta hoīs naturā ꝓficiebat ſapīa. non ꝙ ip̄e ſapientior eſſet ex tp̄e: qui a prima conceptionis hora ſpū ſapiē plenus ꝑmanebat: ſed eandē qua plenus erat ſapientiā ceteris ex tēpore paulatim demōſtrabat. iuxta hoīs naturā ꝓficiebat etate de infantia ad iuuētutē iuxta hoīs naturā ꝓficiebat gratia: nō ip̄e qđ nō habebat ꝑ acceſſum tp̄is accipiendo: ſ; pandendo donū gratie qđ habebat. apđ deū ⁊ hoīes ꝓficiebat: q2 quantū ꝓficiente etate patefaciebat hoīb9 dona gratie q̄ ſibi inerāt ⁊ ſapiētie: tantū eos ad laudē dei excitabat ⁊ ſic deo patri ad laudem dei ⁊ hominib9 ad

ſalutē pꝛoficiebat. Jn alijs ergo nō in ſe pꝛo-
ficiebat ſapientia ⁊ gratia. Unde in eodem
b euangelio: Puer ille ſapiētia plenus et gra-
tia perhibet̃. Sic ergo dicit̃ pꝛofeciſſe ſapien
tia ⁊ gratia: vt aliquis rectoꝛ eccleſiaſtic⁹ di
cit̃ pꝛoficere in cura ſibi tradita: cum per eius
induſtriam alij pꝛoficiunt.

Arti. VII H

Utrum deus potuit conferre maioꝛē gra-
tiam ꝙ̃ contulit.

Eīde querit̃ de hoc qđ dicit: [Huic autē ſen
D tentie videt̃ obuiare. ⁊c̃.] Hec eſt ſecunda ps
in qua obijcit ⁊ ſoluit per verba euangelij: et
ſecundo per verba Amb. ⁊ ſoluit ibi [Alibi tñ ſcriptū
Obo. reperit̃.] Circa pꝛimā partē querit̃ de hoc qđ dicit:
[Sane dici poteſt ipm̃ vel hominē.] hoc em̃ plane fa
ctū videt̃ ꝙ ſm hominē habeat gratiā finitam: ḡ ma
ioꝛ poteſt cogitari. aut ḡ illā deus que maioꝛ eſſe po-
teſt cōferre valet/aut nō. ſi nō/limitata erit ſua poten
tia: qđ incōueniēs eſt. ſi ſic/ḡ falſum eſt qđ hic dicit ꝙ
Solutio deus maioꝛē cōferre nō potuerit. Solutio dicēdū
ꝙ hoc verū eſt qđ hic dicit magiſter: ſed intelligendū
ꝙ omne perfectū nature ⁊ gratie habet neceſſario de-
terminatā capacitatē in ſpē ⁊ natura ſibi ꝓpoꝛtiona-
tā cuius maioꝛē nō recipiet niſi mutet̃ ſpēs. in ſpē aūt
hominis maxima omniū capacitatū que pōt eſſe ſal-
ua ſpē ⁊ natura hoīs in xpo fuit: ⁊ ideo deus maio
rē ei gratiā cōferre nō potuit: quia nullus hō pōt re-
Ad obiectū cipere maioꝛē nec aliqua creatura Ad id aūt qđ cō
in cōtrariū tra obijcit̃ dicendū ꝙ deus poteſt facere maioꝛē ⁊ cō-
ferre: ſed nihil creatū erit illius receptibile. vnde ma-
giſter nō attendit quid deus poſſit facere cuius potē
tia in nullo limitat̃: ſed quid in creatura poteſt fieri.
Si aūt obijcias ꝙ deus pōt facere nouā ſpēm/ et de
illa facere xpm: ⁊ tunc cōferre ei grām maioꝛē: dicen-
dū ꝙ hoc nihil eſt: q: deus pōt facere qđ vult: ſed tñ
ex ꝑte creature nō poſſet oꝛdiate fieri aliq̃ ſpēs / q̃ ſit
altioꝛ ītellectuali natura ī hoīe ⁊ angelo. intellectua
lis em̃ natura nobilitate ſua ꝑ intellectū capax ē dei ⁊
donoꝝ ſuoꝝ. ⁊ quicq̃d aliud faceret deus non poſſet
eſſe capax ꝙ̃ natura intellectualis: ⁊ ī illa maxime ca
pax fuit xpus. vnde cū mēſura gratie eius fuit ſm il-
lā capacitatē nō pōt eſſe maioꝛ ex ꝑte creature recipiē
tis: ⁊ ꝑ hoc nō limitat̃ potētia dei facientis: ſed poti⁹
capacitas creature recipiētis. ⁊ eſt ſimile materia ele
menti pōt ſubtiliari a groſſicie terre: ⁊ tantū pōt ſub-
tiliari ꝙ non erit terra/ ſed aqua: ⁊ ſimilit̃ ex aqua fit
aer/ ⁊ ignis ex aere: ſed nō eſt capax maioꝛis ſubtilita
tis ꝙ̃ in igne: q: oīa naturalia habēt metas capacita
tū ſuaꝝ quas nō excedūt manēte natura ⁊ ſpecie.

Arti. VIII. D

An illi qui nō ꝓficiebāt grā ⁊ ſapīa xpi ha
bebāt ipm vt caput influēs eis ſenſū ⁊ motū.

Eīde querit̃ de hoc qđ dicit [Sed in alijs q̄
Arg. pꝛimo D de eius ſapientia ⁊ grā ꝓficiebāt ⁊c̃.] ſ̃. a. Ex
hoc em̃ videt̃ ꝙ illi q̄ nō ꝓficiebāt de grā ⁊ ſapi
entia eius nō habebāt ipm vt caput influēs eis ſenſū
gratie ⁊ motū: ſed illi q̄ fuerūt ante aduentū/ nec vide
bāt eū nec audiebāt: ḡ ſenſum ⁊ motū ab ipo nō reci-
2° piebāt. Jtē caput ꝓpꝛie dicit̃ in cōfoꝛmitate natu-
re: ſed añ incarnationē nō fuit in cōfoꝛmitate nature
Rōes ꝑma ḡ nō fuit caput. Sed ꝯ Anſ. dicit in li. Cur deus
hō ꝙ nunꝙ̃ a tēpoꝛib⁹ creatiōis hoīs ſup terrā eccle-
2ª ſia fuit acephala. i. ſine capite: ḡ ſꝑ fuit caput. Jtem

Matth. 21. Qui p̄ibāt ⁊ q̄ ſeq̄bant̃ clamabāt: Oſan
na filio dauid: ſed q̄ pꝛeibāt ſignificāt p̄cedentes aduē
tū. q̄ ſequebant̃ ſignāt ſequētes: ḡ oēs hauſerūt ſenſū
⁊ motū grē ab ipo: ḡ oēs habebāt eū caput. Jtē au 3ª
guſtin⁹ dicit ⁊ ponit̃ infra in lrā diſ. xxxiij. ꝙ eadē eſt
fides antiquoꝝ ⁊ modernoꝝ/ ⁊ tēpoꝛa variata ſunt/
fides īmutata ꝑmanſit: ḡ chꝛiſti incarnationē credide
runt illi ſicut ⁊ iſti. ⁊ ita ꝑ fidē fuit eis caput in cōfoꝛ-
mitate nature/ qđ cōcedendū eſt. Ad pꝛimū dicēdū Solō.
ꝙ eſt influxus ꝑ inſpirationē ⁊ per p̄ſentiā ⁊ verbum ad pꝛimū.
pꝛimū habuerūt pꝛecedentes ⁊ ſequentes aſcenſionē
eius. ſecundū aūt habuerunt pꝛeſentes q̄ ſequebant̃
eū: de quib⁹ dixit: Beati oculi qui vident q̄ vos vide
tis/ ⁊ audiunt q̄ auditis. dico em̃ vobis. ⁊c̃. De ſecū-
do aūt dixit Joh. 8. Abꝛaā aūt pater vr̃ exultauit vt
videret diē meū/ vidit ⁊ gauiſus eſt. Ad aliud dicē Ad 2m
dū ꝙ caput cū fuit in confoꝛmitate nature non ſic vt
pꝛobat vltima obiectio.

An xpus vt hō fuit caput angeloꝛum Arti. IX J

Eīde querit̃ de hoc qđ dicit: [Puer ille ple
D nus ſapientia ⁊ gratia perhibetur: ⁊c̃.] ſ̃. b.
puer aūt eſt ſm humanitatē. Querit̃ ḡ vtrū Arguit
xpus ſicut hō influit angelis: videt̃ ꝙ nō: q: ita dicit
pſ. Minuiſti eū paulominus ab angelis. a minoꝛi
aūt nō recipit illuminationē ſupioꝛ: ḡ angeli nō reci
piunt a xpo. Sed cōtra Apoc. 21. Lucerna ei⁹ eſt Rō ꝓ veri-
agnus: ḡ agnus occiſus illūīat oēs in regno celoꝝ tate.
ḡ ⁊ angelos. Jtē coꝛpus xpi vnū eſt in omnib⁹ ſan
ctis ⁊ beatis: q: dicit̃ Cant. 2. Una eſt colūba mea:
ḡ angeli ſunt de vnitate coꝛpoꝛis: ḡ accipiunt per in-
fluentiā capitis: ſicut ⁊ alia mēbꝛa. Pꝛo hoc expꝛeſſe
dicit Dyo. ꝙ ab ipo ieſu accipiūt illūīatiōes. Jtē
ſupioꝛis eſt illūīnare inferioꝛes: ſed xpus eſt in potio
rib⁹ bonis patris/ etiā ſm hominē: ḡ ſuū eſt oēs illūi-
nare. Ulterius querit̃ iuxta hoc quid ſit recipe ſen Queſtiūcl̃a
ſum ⁊ motū: videt̃ aūt ſenſus eſſe cogitatiōis. mot⁹ ſcđa.
aūt operis. ⁊ ita videt̃ ꝙ nō recipimus gratiā ꝑficien Obo ꝑma.
tē intellectū ⁊ opus eius. Jtē oē anial habet caput 2ª
vel membꝛū aliud loco capitis. vt dicit phus in libꝛo
de anialib⁹: nec tñ oē anial habet motū: ḡ videt̃ ꝙ nō
ſit de rōne capitis dare motū: ſed tm̃ ſenſum. Pꝛo hic 3ª
in lrā nō fit mentio de motu/ ſed de ſenſu tm̃: ḡ nō mi-
niſtrat̃ nobis mot⁹ a capite ſpūali: ſ; tm̃ ſenſus. S;
cōtra. in omnib⁹ anialib⁹ ꝑfectis influit motus a ca-
pite: ſed xpus eſt ꝑfectiſſimū caput: ḡ influit motum.
Jtem ad nihil pꝛoderit cognoſcere diuina per ſpi-
ritualē ſenſum niſi haberemus virtutē motiuā q̄ mo
ueremur in diuina cognita: ḡ ad hoc ꝙ pꝛoſit nobis
ſenſus neceſſaria eſt influxio motus Solutio dicē Solutio
dū ad pꝛimū ꝙ angeli ſunt de vnitate coꝛpoꝛis noſtri
nō em̃ habēt tm̃ partes coꝛpoꝛales: ſed etiā ſpiritua-
les. ⁊ chꝛiſtus eſt caput angeloꝝ in ꝑma ⁊ ſecūda ac-
ceptione capitis/ licet nō in tertia. Ad id qđ cōtra Ad ꝑmū
obijcit̃ dicendū ꝙ minoꝛatus eſt in aſſumptiōe pena
litatis noſtre tm̃: ſed nō in virtute illūīnatiōis. Ad Ad q̄ſtiūcu
aliud dicendū qđ vlterius querit̃ ꝙ motū accipim⁹ lā ſcđam.
a capite/ qui eſt motus meriti quo mouemur in diui
na cognita. Ad id qđ cōtra obijcit̃ dđm ꝙ duplex Ad ꝑma ob
eſt motus pꝛoceſſiuus. ſ. ⁊ illū nō habet oē anial niſi
a ſuo capite: vel a mēbꝛo qđ eſt loco capitis. eſt etiam
motus dilatationis ⁊ cōſtrictionis: ⁊ illū habet om̄e
animal. Ad vltimū dicendū ꝙ in littera nō fit mē- Ad vltimū
tio de motu: quia ſupponitur in cauſa. Charitas em̃
que eſt hic quaſi tactus bonitatis influxus omnib⁹

cauſa eſt maximi motus.ip̄a eſt em̄ ignis mobil'/acu-
tus/ſuperferuidus. ſicut inuit Augu. ⁊ Dyoni. dicit
ꝙ charitas ſemper proficit aut deficit. ⁊ Grego. Cha
ritas magna operat̄ ſi eſt. ſi em̄ deſinit operari chari
tas non eſt.

## Predictis videtur aduerſari qđ Ambroſius ait.

Alibi tamē ſcriptū reperit̄ ꝙ ſm ſenſum hoīs
profecerit ſicut etate hominis ꝓfecit. Ait em̄
Amb. in li. iij. de ſpūſancto ſic: Deus pfectio
nē nature ſuſcepit humane. Suſcepit ſenſum
hominis: ſed nō ſenſu carnis fuit inflatus. ſen
ſu hominis animā dixit cōturbatā: ſenſu ho-
minis eſuriuit ⁊ rogauit: ſenſu homīs profe-
Luc. 2. cit. ſicut ſcriptū eſt: Jeſus proficiebat etate ⁊
ſapientia ⁊ gratia. Quomodo ꝓficiebat ſapi
entia dei? Profectus etatis ⁊ ꝓfectus ſapiē-
tie: nō diuine ſ; humane nature eſt. iō etatē
cōmemorauit vt ſm hominē crederes dictū.
a etas em̄ nō diuinitatis: ſed corporis eſt: ergo
ſi ꝓficiebat etate homīs proficiebat ſapiētia
hominis. Senſus aūt hominis profecit: quia
ſenſus: iō ſapientia. Quis ſenſus ꝓficiebat?
Si humanus: ergo ip̄e p incremētū ſuſcept⁹
eſt. Si diuinus: ḡ mutabilis p ꝓfectū. Quod
em̄ ꝓficit mutat̄ in melius: ſed qđ diuinū eſt
nō mutat̄. qđ ergo mutat̄ nō eſt diuinū. Sen-
ſus ḡ ꝓficiebat hūanus: ſenſum ḡ ſuſcepit hu
manū. nec poterat confortari virtus dei: nec
creſcere deus: nec altitudo ſapientie dei im-
Eph. 4. pleri. Que ergo implebat̄ nō erat dei: ſed nō
ſꝫ vt a ſuis trāſiret calix paſſiōis ita inqens:
Si paſſio honorificatura eū erat: ſicut Iuda
exeūte ait: nūc honorificat⁹ eſt fili⁹ homis. Joh. 13.
Quō triſtē eū met⁹ paſſiōis effecerat: niſi for
te tā irrōabilis fuerit vt pati mortē timuerit
q patientē ſe glorificatura eſſet. Sed forte ti
muiſſe vſqꝫ eo eſtimabiꝛ vt trāſferri a ſe cali-
cē deprecat⁹ ſit dicēs: Pater trāſfer calicem Mar. 14.
hūc a me. Quō eñ ꝑ patiēdi metū transferri
deprecareꝛ a ſe: qđ per diſpēſationis ſtudiū
feſtinaret implere. Nō eñ ꝯuenit vt pati no
lit q pati venit: ꝛ cū pati eum velle cognoſce
res: religioſi⁹ fuerat hoc cōfiteri qꝫ ad id ipie
ſtultitie ꝓrūpere: vt eū aſſereres ne patereꝛ
oraſſe: quē pati velle cognoſceres. Nō ergo
ſibi triſtis neqꝫ ſibi orat trāſire calicē: ſed di-
ſcipulis ne in eos calix paſſiōis incūbat quē
a ſe trāſire orat: ne in his. ſ. maneat. Nō ei ro
gat ne ſecū ſit: ſed vt a ſe trāſeat. Deinde ait
Nō ſicut ego volo: ſed ſicut tu vis. Humane
in ſe ſolicitudinis ſignificās cōſortiū: ſed nō
diſcernēs ſentētiā ſibi cōis cū patre volūta-
tis. Pro hoīb⁹ g̊ vult trāſire calicē ꝑ quē oēs
diſcipuli erāt tēptādi: ꝛ iō ꝓ petro rogat: ne
deficiat fides ei⁹. Sciēs g̊ hec oīa poſt mor- Luc. 22.
tē ſuā deſitura vſqꝫ ad mortē triſtis eſt: ꝛ ſcit
hūc calicē nō poſſe trāſire niſi biberit: iō ait:
Pater mi ſi nō pōt trāſire calix iſte niſi bibā Mat. 26.
illū: fiat volūtas tua. Sciēs in ſe conſumata
paſſiōe metū calicis trāſituꝝ: q niſi eū bibiſ-
ſet trāſire nō poſſet: nec finis terroris niſi cō-
ſumata paſſiōe terrori ſuccederet: qꝛ p⁹ mor
tē ei⁹ ꝑvirtutū gloriā aplice infirmitatis ſcā
dalū pelleret. Intende lector his verbis pia
diligētia ne ſint tibi vaſa mortis.

Einde etiā notādū circa v̾ba Hyla. ibi [Illđ
D etiā ignorādū nō eſt ꝛc̄.] Nota ꝙ Hyla. optie
loquiꝛ: qꝛ diſcipul' ꝛ nob orauit tripl'r ꝛ nul-
lo mō ſibi. ſ. vt naturā diſcipulorū i ſe oñderet: h eñ
erat ad gl'iam nr̄am nō ſuā: qꝛ nr̄a natura ī eo eſt ex-
altata: ꝛ vt nobis nō ſibi ꝑ hoc vtilis eēt: q qñqꝫ in-
firmitate circūdati q̄rim⁹ euaſionē ꝑſecutiōis ꝛ non
deſperam⁹: qꝛ ſcim⁹ feciſſe caput noſtꝝ. tertio vt no
bis ordinādi noſtꝝ ſenſualē effectū ad rōnē/formā ꝛ
doctrinā daret: vt cū ipſo dicerem⁹: Nō qđ ego vo-
lo fiat: ſed qđ tu vis. Sic igiꝛ nullo mō ſibi. i. ad vti Di. XVIII.
litatē ſui petijt: ſed nobis. Alio mō autē ꝓ ſe petijt: ꝛ Quō verbi
ſic plana ſunt q dicunꝛ in lr̄a. ſeu xp̄i icar

## Si chriſtus meruit ſibi ꝛ nobis ꝛ quid ſibi ꝛ quid nobis.

natio ordi-
naꝛ ad no-
ſtrā redem-
ptionē quā
tū ad vſum
voluntatis
ꝑtreſpicit
exercitium
merēdi.

Emerito etiā chriſti ꝑ
D termittendū nō eſt de quo quidam
dicere ſolent ꝙ nō ſibi: ſꝫ mēbris tm̄
meruerit. Meruit quidē membris redēptio-

nem a diabolo: a peccato a pena ⁊ regni reſe
rationẽ: vt amota ignea romphea libere pa-
a teret introitus: ſed ⁊ ſibi meruit impaſſibili-
tatis ⁊ imortalitatis gloriã: ſicut ait apl'us:
Phil. 2. Chriſtus factꝰ eſt pro nobis obediẽs vſqꝫ ad
mortẽ: mortẽ autẽ crucis: ꝓpter qđ ⁊ deꝰ ex-
altauit illũ ⁊ dedit illi nomẽ qđ eſt ſuꝑ omne
nomẽ. Aperte dicit apl's chriſtũ ꝓpterea ex-
altatũ per impaſſibilitatis gloriã: q2 eſt hu-
b miliatus ꝑ paſſiõis obediẽtiã. Humilitas er
go paſſiõis meritũ fuit exaltatiõis: ⁊ exalta
tio premiũ humilitatis. Unde Augꝰ expo-
nens ꝑmiſſum capitulũ ait: Ut chriſtꝰ reſur
rectione clarificaret̃: prius humiliatꝰ eſt paſ
c ſione. Humilitas claritatis eſt meritũ: clari-
tas humilitatis eſt premiũ. Sed hoc totũ fa-
ctũ eſt in forma ſerui. In forma eñ dei ſemꝑ
fuit ⁊ erit claritas. Itẽ Amb. idẽ capitulum
tractãs ait. Quid ⁊ quãtũ humilitas merea
tur hic oſtendit̃. His teſtimoniȷ̃s euidẽs fit:
ꝙ chriſtus ꝑ humilitatẽ ⁊ obediẽtiã paſſiõis
meruit clarificationẽ corporis: nec id ſolũ: ſꝫ
etiã impaſſibilitatẽ aĩe. Anima eñ ipſiꝰ an-
te mortẽ erat paſſibilis: ſicut caro mortalis:
ſed poſt mortẽ merito humilitatis ⁊ aĩa ipaſ
d ſibilis facta eſt ⁊ caro ĩmortalis. Utrũ autẽ
aĩa ſit facta impaſſibilis: qñ caro facta eſt im
mortalis. ſ. ipſo reſurrectiõis momẽto de au
ctoritate nobis certũ nõ eſt. Sꝫ vel mox poſt
carnis ſeparationẽ aĩa impaſſibilitate dona
ta eſt: aut in reſurrectiõe qñ caro refloruit.

A E merito etiã chriſti ꝑmittẽdũ] Hic ĩcipit
d pars illa que eſt de oꝑibus chriſti. Et di-
uiditur in tres partes: in quarũ pria agit
de merito chriſti gñaliter: ⁊ q2 ꝑcipuũ eiꝰ
fuit paſſio: iõ primo q̃rit̃ de merito paſſiõis. In ſecũ
da autẽ de oꝑe paſſiõis: ⁊ eoꝝ que erãt in paſſiõe ſi-
cut traditio ⁊ hmõi: que incipit circa mediũ. xx. diſt.
in illo ca. [ Chriſtꝰ ergo ſacerdos: idẽqꝫ hoſtia ⁊ ꝑciũ
noſtre recõciliatiõis. In tertia autẽ tractat q̃ſtiones
cõſequẽtes mortẽ chriſti: ſic̃ ſi homo fuerit in triduo
⁊ hmõi: ⁊ qua rõne dicat̃ mortuꝰ: ⁊ hec incipit diſt.
xxi. ibi [ Poſt ꝑdicta cõſiderãdũ eſt vtrũ in mortem.
Prima haꝝ partiũ ſubdiuidit̃ ĩ q̃ttuor partes. In
quaꝝ prima magr̃ querit de effectu meriti chriſti in
ſe. In ſecũda aũt de effectu meriti ex parte nr̃a: ⁊ hec
incipit in vlti. ca. iſtiꝰ diſtĩctiõis ibi [ Ad q̃d ergo vo-
luit pati ⁊ mori. In tertia autẽ determinat ex h̃ q̃lit̃
ipſe ſolus eſt redẽptor ⁊ mediator ibi [ Unde ⁊ ipſe
vere dicit̃ mũdi redẽptor. In quarta querit ſi alius
fuit modus poſſibilis: ⁊ quare potiꝰ hoc mõ q̃ꝫ alio
mõ voluit liberare ibi [ Si vero querit̃ vtꝝ alio mõ
⁊ eſt ibi principiũ diſtinc. xx. In pria parte magiſter
querit q̃ttuor ꝓbleumata ⁊ determinat quorũ ꝑmũ
eſt bimẽbre. ſ. an meruerit ⁊ quid meruit: ⁊ hoc eſt in
primo ca. Secũdo qñ mereri ĩcepit ibi [ Nec hoc ſo-
lũ meruit chriſtꝰ qñ patri obediẽs. Tertio q̃d ſit no-
minis datio quã meruit ibi [ Nec tm̃ gloriã impaſſi
bilitatis ⁊ ĩmortalitatis meruit. Quartũ eſt ſi h̃ ſi-
ne merito hr̃e potuit. ibi [ Si vero querit̃ vtrũ xp̃s
illã ĩmortalitatẽ ⁊ ĩpaſſibilitatẽ. Sñia lr̃e pꝫ ꝑ ſe.

## An chriſtus aliq̃d mereri potuit. Arti. 1

Ncidit autẽ hic dubitatio an chriſtꝰ aliquid
i mereri potuit: videt̃ autẽ ꝙ nõ: qđ eñ ꝑfecte Arguit p° ꝙ non
plenũ eſt nihil ampliꝰ ſuſciꝑe põt: ſed chriſtꝰ
ab inſtãti cõceptiõis habuit ſpiritũ nõ ad menſurã ⁊
vidimꝰ nõ tm̃ gratiã eius / ſed etiã gloriã quaſi vnige
niti a patre q̃ ſicut dicit Baſiliꝰ cũ alio gloriã pater-
nã nõ diuiſit: ergo nulliꝰ boni receptibilis fuit: ergo
nihil meruit: q2 id qđ meret̃ aliq̃s recipe debet vl' in-
iuſte ageret̃ ſecũ. Itẽ nõ indigẽs fuit aliquo: meri- 2°
tũ autẽ eſt quo indigeniꝰ vel ad vitã vel ad beatitu-
dinẽ: ergo ipſe nõ meruit. Itẽ ſtatus cõprehẽſiõis 3°
tollit rationẽ meriti: ipſe autẽ veriſſime fuit cõprehẽ
ſor: ergo nõ meruit. Itẽ quicũqꝫ meret̃ in bonis aĩe 4°
ſcꝫ gr̃e ⁊ glorie ꝓficit. ſupra aũt negatum eſt chriſtũ
ꝓfeciſſe in aĩa diſt. iiij. ergo chriſtꝰ nõ meruit. Item 5°
nõ venit ad h̃ vt ſibi mereret̃: ſꝫ nobis ſicut dic̃ apl's
Qui ꝓpter vos egenꝰ factꝰ eſt cũ eſſet diues vt vos
illiꝰ inopia diuites eſſetis. Cũ igit̃ nõ fecerit niſi ꝓ-
pter qđ venit: videt̃ ꝙ nihil ſibi meruit. Itẽ mereri 6°
eſt eius qui eſt inferior in ꝑſona: chriſtꝰ autẽ nũq̃ꝫ in
ferior patre fuit in ꝑſona: ergo chriſtus nũq̃ꝫ meruit
ꝓbatio meritũ eſt opꝰ ⁊ actꝰ: actus aũt omniũ ſunt
particulariũ vt dicit phus: ergo meritũ reſpicit ꝑſo-
nã ⁊ nõ naturã: ergo prima ꝯſtat. Itẽ mereri eſt de 7°
nõ ſuo per opꝰ ⁊ obſequiũ facere ſuũ: oĩa autẽ erãt fi
liȷ̃: vt ipſe dixit: oĩa mea tua ſunt: ⁊ tua mea ſũt ⁊ cla
rificatꝰ ſum in eis: ergo videt̃ ꝙ ipſe nõ meruit. In In oppoſitũ eſt rõ
cõtrariũ autẽ eſt qđ dicit̃ in littera multis auctorita
tibus ꝓbatũ. Itẽ chriſti oꝑa nõ fuerũt minꝰ effica-
tia q̃ꝫ oꝑa ſanctorũ: ſed oꝑa ſanctoꝝ valẽt ſibi ⁊ aliȷ̃s
ergo ⁊ oꝑa chriſti: nõ ergo meruit tm̃ nobis: ſed etiã
ſibi. Solo magiſter hic (vt videt̃) ſatis bene diſtin Solo
guit ꝙ mereri dicit̃ multis modis: vno. ſ. abuſiue q̃
aliquis dicit̃ mereri per opꝰ bonũ male ⁊ ĩ malo ſta
tu: hoc eſt in ſtatu mortalis peccati factũ: ſicut legit̃
in vita beati Johãnis elemoſinariȷ̃ ꝙ q̃dã Petrꝰ mi
les iratꝰ pane quo ꝓiecerat pauperẽ meruit in iudi
cio dñi ad qđ raptꝰ fuit ꝓlõgationẽ vite in penitẽtiã.
Alio modo iterũ ĩproprie: ſed minꝰ ĩproprie dicitur
mereri aliq̃s ꝑ bona facta in mortali pctõ. ille eñ ex
debito nõ ꝑt mereri: ſed tñ a magiſtris dicit̃ ꝙ de cõ
gruo meret̃ gratiã ⁊ veriꝰ diceret̃ ꝙ mereret̃ eam de
minus incõgruo: q2. ſ. magis ſe diſponit per oꝑa ad
gratiã que facit q̃ꝫ ille q̃ nõ fac̃. Tertio mõ ꝓprie di-
citur aliq̃s mereri qñ aliquis actibꝫ dignis vita eter
na facit vitã eternã ſibi debitã: ⁊ ſic nõ meret̃ niſi ha
bens gratiã gratũ faciẽtẽ ⁊ charitatẽ. Et hoc dicitur
quinqꝫ modis. Uno mõ ꝓprie. ſ. qñ cauſa meritorũ
cũ merito alieno facit debitũ: ſicut in paruulis q̃ nõ
habẽt niſi cauſam meritoꝝ: q̃ eſt gratia cũ merito alie
no. ſ. chriſti: ⁊ ꝓpt̃ hoc debet̃ eis vita eterna. Secun-
do mõ ꝓpriȷ̃ſſime qñ ex cauſa meriti ⁊ actu ꝓpriȷ̃ me-
riti de nõ debita ſibi vita eterna facit debitã ſibi vt q̃
libet iuſtificatus primo actu ſuo meret̃ vitã eternã.
Tertio modo qñ debitũ ſibi facit pluribꝫ rõnibꝫ de-
bitũ ſibi: ⁊ ſic meret̃ quilibet. ſcđo ⁊ tertio ⁊ ſic dein-
ceps actibꝫ meritoriȷ̃s. Quarto modo qñ meret̃ au
gmẽtũ gratie ⁊ glorie priꝰ habite ⁊ debite: ⁊ hoc fit

creſcēte charitate. Quinto ⁊ vltimo mō qñ meret̄ ꝑ
multa opa aliq̄d cōiunctū grē ſicut eſt acceleratio re-
ſurrectiōis vel glificatio nōis. ⁊ hmōi ⁊ hoc mō xp̄s
meruit ſibi qḋ nō habuit ꝓus/licet hoīs honor debe-
ret̄ ſibi etiā ꝑ naturā ſuā/tñ id qḋ poterat ꝑ naturam
Ad primū habere debuit/fecit ſuū rōne meritoꝝ ꝑ opa. Dicē-
dū igit̄ ad primū ꝙ diues ꝑ naturā licet oīa habuit ⁊
poſſit: potuit em̄ accelerare reſurrectionē ⁊ clarifica-
re nomē ſuū tñ nō habuit oīa in oī rōne. voluit em̄ pr̄
xp̄i eū habere hec etiā in rōne meriti vt ſic magis glo-
rioſus oſtenderet̄ nō in pluribꝫ bonis ſed in pluribꝫ
Ad.2m rōnibꝫ iuſte poſſeſſionis bonoꝝ. Ad aliud dicendū
Ad 3m ꝙ licet ipē nō indiguerit/tñ nos indiguimꝰ vt ſibi ſic
mereret̄ nobis formā dando. Ad aliud dōm ꝙ ſta
tus cōprehēſoris nō abſtulit a xp̄o ſtatū viatoris: ⁊
ad 4m ⁊ 5m ideo cōpetebat ei mereri: ſed ſi fuiſſet cōprehenſor tm̄
tūc ꝓcederet obiectio. Ad aliud dōm ꝙ ꝑfectus iſte
nō eſt cōtrarius ꝑfectioni: qꝛ nō ponit̄ in nūero bono
rū anime ſm ſcientiā vel grām vel gloriā: ſed potiꝰ in
bonis corꝑis/vt acceleratio reſurrectōis ⁊ manifeſta
tio nōis q̄ ponit̄ in alijs cognitionē ipius accipiētibꝫ
⁊ ponit̄ in rōnibꝫ habēdi ⁊ nō habitis in aīa ſed in cor
Ad 6m ⁊ 7m. pore vel in alijs vt dictū eſt. Ad aliud dicendū ꝙ li
cet actus ſingulariū ſint ⁊ perſonarū ſi agētia ſint rō
nalis nature/nō tñ ſemꝑ referunt̄ ad ipa agentia ſm
ꝙ ſunt diſtincte ꝑſone. ſed etiā qñq3 grā nature vt itel
ligere actꝰ hoīs ē ⁊ tñ refert̄ ad hoīem gratia aīe: ita
poſſumus dicere ꝙ mereri eſt actus xp̄i qui eſt ꝑſona
equalis: ſed ſm naturā in qua eſt inferior ⁊ hoc bñ cō
uenit xp̄o: qꝛ ipē agit ſm ꝓprietatē vtriuſq3 nature.

## Arti. II. B An xp̄s meruit ſibi īpaſſibilitatis ⁊ īmortalitatis gloriam.

Einde querit̄ de hoc qḋ dicit in lrā ibi [Sed
D etiā ſibi meruit īpaſſibilitatis ⁊ īmortalita-
Arg. primo tis gloriā ⁊c̄.] ſ̄.a. Videt̄ em̄ hoc īpoſſibile eſ
ſe quia ſi meruit aliq̄ potētia meruit: ſed hoc nō eſt ni-
ſi liberi arbitrij. Sed ꝓbat̄ ꝙ hoc impoſſibile fuit ꝙ
per ſuū liberū arbitriū meruit: liberū em̄ arbitriū cō
2o firmatū nō eſt in ſtatu merendi. Itē nulla potentia
determīata ad vnū: laudē habet in actu ipius/hec ꝓ-
batur in omnibꝫ potētijs naturalibꝫ: ſed liberū arbi-
triū xp̄i determīatū fuit ad vnū: ergo nō habuit lau-
dē in illo. nihil aūt meritoriū niſi laudabile ḡ xp̄s nō
3o potuit mereri ſuo libero arbitrio. Itē liberū arbi-
triū xp̄i nō aliter tūc ſe habuit q̄3 mō: ḡ ſi mō nō mere
4o tur nec etiā tunc merebat̄. Itē laudat̄ vir ſanctus
ꝙ potuit trāſgredi ⁊ nō eſt trāſgreſſus/facere mala ⁊
nō fecit: ḡ ſi hoc ē de ſubſtātia meriti ſi xp̄s nunq̄3 trāſ
greſſus fuerit nec tranſgredi potuerit nunq̄3 meruit.
ſed ꝯ liberū arbitriū noſtrū nō habuit potentiā merē
di ex hoc ꝙ pōt facere malū: qꝛ hoc eſt defectꝰ vt ſup̄
ꝓbatū eſt: ſed potius ex hoc ꝙ cū gratia ſpōte facit bo
Solutio. num. cū igit̄ xp̄s ſine compatione liberius fecit iuſti-
ciam q̄3 nos nō pōt ipē plꝰ meruiſſe q̄3 nos. Solu
tio dicendū ꝙ ipē habuit liberū arbitriū qḋ mereri
Ad primū potuit. Ad primū dicendū ꝙ tripl'r poteſt dici libe
rū arbitriū ꝯfirmatū. Vno modo in fine ſm genus ħ
eſt in bono nō tamen hoc vel illo bono. ⁊ hec cōfirma
tio nō tollit niſi defectū illū in quo flexibile eſt in ma-
lum: pōt tñ adhuc in quodlibꝫ bonū. Alia eſt confir-
matio liberi arbitrij in eo ꝙ eſt ſimpl'r vltimū ⁊ con-
firmat̄ in illo ꝑ adheſionē ſicut confirmati in patria/⁊
hec nō tollit volūtatē faciēdi qḋ vult: ſed ponit neceſ-
ſitatē nō coactiōis in eo ſed īmutabilitatis in fine illo
⁊ cū ille premiū ſit colloca t̄ īmutabiliter in p̄mio: ⁊ iō
iam tollit rationē meriti qḋ meritū q̄rit amplꝰ ⁊ ſic
adherens nō poteſt cogitare amplius ꝙ heret preter
id qḋ habet; hec fuit quidē in xp̄o ſed nō abſtulit ei ra-
tionē merēdi: qꝛ cū illa adheſione etiā viator fuit/⁊ ħ
accidit in xp̄o ꝓpter duplicē cōiunctionē ſue aīe ſc3 ad
carnē ⁊ ad deitatē: cōiunctio em̄ ad ſenſus aīalis car-
nis q̄ p̄cedit id qḋ ſpūale eſt/fecit viā ⁊ viatorē: cōiun-
ctio ad id qḋ ſpūale eſt/eſt ꝙ nihil habet poſt ſe qḋ in
quirat̄ fecit cōprehenſorē. Tertia eſt ꝯfirmatio potē-
tie ad actū hunc/ꝑ neceſſitatē nature/ita ꝙ oꝑtet hūc
oꝑari ⁊ nō poſſet nō oꝑari hunc nec poſſet aliū oꝑari:
⁊ hec confirmatio tollit naturā totā liberi arbitrij: qꝛ
omnis potētia rōnalis eſt ad oppoſita ⁊ nullus in pa
tria eſt cōfirmatus ita ꝙ ipm̄ ſemꝑ oporteat idē nūe-
ro velle ⁊ nō poſſet ħ nō velle/⁊ huiꝰ oppoſitū ponit
ꝑ naturā liberi arbitrij in omnibꝫ ſc3 poſſe hoc/⁊ poſ-
ſe ceſſare ab hoc/⁊ poſſe aliud ab hoc. Et ideo patet ex
hoc ꝙ non eſt diffinitio libertatis arbitrij poſſe velle
bonū vel malū ſed potiꝰ accidit ei poſſe velle malū ex
defectu. ſed libertas eius cōſiſtit in hoc ꝙ poſſit velle
hoc/⁊ nō velle hoc ⁊ poſſe velle diuerſum ab hoc. In
hoc em̄ cognoſcit̄ liberū ꝙ nō agit per neceſſitatē na-
ture/⁊ hoc modo flexibile habuit xp̄s liberū arbitriū
⁊ hoc ſufficicit merito cū ſtatu viatoris: ⁊ ideo nō pro
cedit obiectio prima. Ad aliud dicendū ꝙ potentia Ad 2m.
determīata ad vnū numero ꝑ neceſſitatē nature non
habet laudē: iam aūt oſtenſum eſt ꝙ hoc non cōuenit
alicui li. ar. nec cōfirmato neq3 nō confirmato. Ad Ad 3m
aliud dicendū ꝙ p̄ma eſt falſa aliter em̄ ſe habuit tūc
quia tunc fuit in ſtatu viatoris: modo aūt nō eſt ſta-
tus viatoris cū libertate q̄ nature libertas facit me-
ritū ſm ſtatum merendi. Ad aliud dicendū ꝙ hoc Ad 4m
de laude viri iuſti nō eſt per ſe: ſed ꝓut eſt indicatiuū
libertatis per ſe: qui em̄ poteſt bonū ⁊ malū/poteſt fa
cere qḋ vult ſed nō cōuertit̄: ⁊ quia illud eſt per acci-
dens nō facit ſtatum merēdi niſi ꝑ accidēs ⁊ hoc etiā
ſupra determinatū eſt diſtin. xij. vbi querit̄ vtrū xp̄s
peccare potuit.

## Vtrū humilitas paſſionis xp̄i fuit meritū exaltationis. Arti. III. C

Einde querit̄ de hoc qḋ ibi dicit [Humilitas
D ergo paſſionis meritū fuit exaltationis] ſ̄.b.
Videt̄ em̄ ꝙ humilitate paſſionis nō meruit Argu. p̄mo
aliquid xp̄s. Paſſio em̄ (vt dicit phus) eſt illatio effe-
ctuſq3 actionis: ergo eſt ab alio. quicq̄d aūt ab alio eſt
ſm ꝙ ab alio eſt/nō eſt meritoriū: ergo nulla paſſio eſt
meritoria: ergo nec paſſio xp̄i. Item nihil eſt meri- 2o
toriū niſi actus elicitus ab aliqua virtute/ſed virtus
nō eſt in corpore ſed in anima: ergo qḋ tm̄ eſt in corꝑe
⁊ nō in aīa nō habet rationē meriti. paſſio aūt tota
fuit in corpore nō in aīa: ḡ nō fuit meritoria. Itē 3o
nihil eſt meritoriū niſi id qḋ eſt voluntariū. paſſio aūt
nulla eſt volūtaria: ḡ nō eſt meritoria. Prima patet
per ſe: quia dicit Aug. Nemo inuitus bene facit/⁊ ſi
bonū eſt qḋ facit. Secūda p3 ꝑ diffinitionē volūta-
rij quā ponit phs ⁊ ſctūs ꝙ voluntariū eſt cuius p̄n-
cipiū eſt in nobis vel in eo qui agit: paſſionis aūt p̄n-
cipiū ſemꝑ eſt in alio. Si dicas ꝙ aliter eſt in xp̄o ⁊ Sol'o
aliter eſt in alijs: qꝛ xp̄s fuit deus: ⁊ ideo illi nihil in alioꝝ.
eo potuerūt facere niſi qḋ ipē voluit/⁊ ideo qḋ illi fe-
cerūt ſibi facit voluntariū. Contra verſus ꝓponit̄ Obō ꝯtra.

ab omnib⁹. Actio diſplicuit paſſio grata fuit. P. in
fra ꝓbabit ꝙ hoc nō eſt verū: q2 ſm hoc illi nō peccaſ
ſent ſi actus illoꝝ gratus ⁊ volūtarius fuiſſet: quia
ſm hoc fuiſſet bonū. cū chꝛiſtus nihil voluerit niſi bo
Solo. nū. Solutio dicendū ꝙ xp̄s meruit paſſione ſua
ꝑncipalis ⁊ ⁊ maximū meritū conſiſtit in paſſione xp̄i ⁊ paſſioni
ad pꝛimū. bus alioꝝ ſanctoꝝ. Et eſt ad omnia ſolutio vna ꝙ li
cet ſit illata/ tamē ſuſceptio ⁊ ſuſtinētia paſſiōis eſt vo
luntaria gratia boni ꝓ quo eſt paſſio: ⁊ ideo pꝛecipua
virtutū que eſt foꝛtitudo cōſiſtit in paſſionib⁹ illatis.
Ad 2m. Ad aliud dicendū ꝙ materialr̄ paſſio eſt in coꝛpo
re: ſed ſuſtinētia equanimis eſt in aīa/ ⁊ illa eſt que fa
Ad 3m cit virtutē. Ad aliud patet ſolutio per ante dicta.
Ad obiectū Ad id qđ vlterius obijcit̄ cōtra ſolutionē aliquoꝝ
ꝯ ſolutionē. bene cōcedo ꝙ ſi quereret̄ qualiter hoc eſſe potuit ꝙ paſ
ſio eſt effectus actionis ⁊ nō poſſet eſſe ſine actione ꝙ
volūtas ſit de vno ⁊ nō ſit de alio. Jſta queſtio debi
lis eſt: q2 voluntas ſeꝑat ea que ſm naturā cōiuncta
ſunt ſicut ⁊ alij actus anīe/ ſicut volo eſſe alb⁹/ ⁊ non
volo eſſe monachus/ ⁊ volo ſuꝑueſtiri a glo2ia vt ab
ſoꝛbeat̄ id qđ moꝛtale eſt a vita ⁊ nō volo moꝛi: ⁊ vt
bꝛeuiter dicam volūtas etiā impoſſibiliū eſt vt dicit
ph̄s. per hoc patet igit̄ ſolutio ad totū.

Arti. IIII. **An humilitas xp̄i ſit claritatis meritū.**

D Einde querit̄ de hoc qđ dicit [Hūilitas cla
ritatis eſt meritū/ claritas hūilitatis eſt pꝛe
Arguit̄ ꝑo miū ⁊c.] ̄s. c. Ex hoc eñ videtur ꝙ vt habitu
2o meruit ꝑ hūilitatē. Et etiā videt̄ alia rōne ad Phil. 2.
Hūiliauit ſemetip̄m fact⁹ obediēs patri vſq3 ad moꝛ
tem/ moꝛtē aūt crucis. Et ſequit̄. Pꝛopter qđ ⁊ de⁹
illū exaltauit/ ⁊ dedit illi nomen qđ eſt ſuꝑ omne no
3o men. Jtē ſi exaltatio eſt pꝛemiū xp̄i cū hec ꝓpꝛie de
betur humilitati: Quia q̄ ſe humiliat exaltabit̄: tunc
4o humilitas ꝓpꝛie videret̄ eſſe meritū eius. Sed cō
tra omne meritū eſt in charitate: ergo ſi meruit in cha
5o ritate meruit. Sed videt̄ iterum ꝙ meruerit xp̄s
aliqua ſuarū virtutū ſic. ille eñ qui meret̄ virtutib⁹
virtutes eius ad aliq̄d melius poſſunt tranſferri q̄3
ip̄e ſint: v̄tutes aūt xp̄i creſcere nō potuerūt cū eſſent
infinite: ergo videt̄ ꝙ v̄tutib⁹ ſuis mereri nō poterat
Jtem charitas que eſt in merēte ꝓficit cōtinue per
meritū: quia aliter incōgrue ageret̄ ſecū: ſed charitas
xp̄i ꝓficere nō poterat/ ergo charitas xp̄i mereri non
Solo. poterat. Solutio dicēdū ꝙ xp̄s omni virtute ſua
meruit humilitate/ obediētia/ charitate/ ⁊ ſic de alijs
⁊ meruit ⁊ ſibi ⁊ nobis. Et dicunt quidā ꝙ etiā me
ruit pꝛemiū ſubſtātiale hūanitatis in dotib⁹ anime ⁊
dotib⁹ coꝛꝑis: licet eñ ꝑus habuerit/ dicūt ꝙ hoc nō
repugnat ſicut angelus beatitudinē a deo ⁊ mō me
retur eā quā accepit/ ſicut etiā apud hoīes videmus
ꝙ quādoq3 cōfert̄ merces fideli operario quā poſtea
debet deſeruire ⁊ mereri. ⁊ hec ſententia non videtur
mihi impꝛobabilis. ſi tamen voluerimus ſequi com
munē viam que nō habet calūpniā/ tunc dicemus ꝙ
ſibi meruit multis rōnib⁹/ faciēdo ſuū qđ paucioꝛib⁹
ante ſuū fuit. Et meruit etiā in coꝛꝑe ea que in coꝛꝑe
nō habuit. ⁊ meruit apud hoīes habere qđ apud ho
mines nō habuit vt accelerationē reſurrectiōis ⁊ do
tes coꝛpoꝛis in coꝛꝑe ⁊ manifeſtationē noīs apud ho
mines. Ad pꝛimū ergo bene cōcedo ꝙ hūilitati re
ſpondet exaltatio vt ꝓpꝛiū p̄miū: ſed hec exaltatio eſt
in coꝛpoꝛe ⁊ apud homines: quia in ſe ⁊ in anīa ante
Ad 4m altus fuit niſi hoc modo quo plurib⁹ actib⁹ exaltatio
nē anime ſibi debitā fecit. Ad aliud dicendū ꝙ me
ritū conſiſtit in charitate ſicut in radice/ nō tamen ita
conſiſtit ꝙ ip̄a ſola mereat̄ ſed potius q̄libet virt⁹: ſed
potius vim meriti trahēdo a quātitate dilectiōis. ſi
cut eſt in naturis vbi ſol mouet ad omniū generabi
liū pullulationē ⁊ maturationē ⁊ nō excludit̄ motoꝛ
ſpecialis illius ⁊ iſtius. ⁊ illud qđ generat̄ in foꝛma ⁊
ratione magis ſequit̄ motoꝛē ſpecialē ſuū q̄3 genera
lem. Jtem charitas caloꝛe ſuo inflāmans totū affe
ctum omnib⁹ dat vim merēdi ſed tamē meritū eſt ſpe
ciale apud virtutes ſpeciales/ ⁊ huic reſpondet p̄miū
ſm rōnem vt hūilitati exaltatio: obedientie libertas
⁊ fidei viſio ⁊ ſpei compꝛehēſio ⁊ hmōi. Ad id qđ vl Ad 5m
terius querit̄ iam ſolutū eſt per id qđ dictū eſt in ꝑn
cipio ſolutiōis: q2 mereri nō vno mō dicit̄ ſed multis

**An anima ſeꝑata a coꝛpoꝛe ſtatim ſit facta impaſſibilis.** Arti. V.

E Einde querit̄ de hoc qđ dicit [Utrū anīa ſit
facta impaſſibilis] ̄s. d. Hic tangit magiſter
vnū eoꝝ que meruit ſc3 imoꝛtalitatē ⁊ ipaſſi
bilitatē. Cum aūt ipaſſibilitas ſit anīe ⁊ coꝛpoꝛis vi Rō pꝛimo.
detur ꝙ nō accidit anīe niſi gratia coꝛꝑis: ergo ſeꝑa
tione facta a coꝛpoꝛe videbit̄ ſtatim ipaſſibilis facta
anima. Jtem anīa de ſe nō habet contrariū: ſi ergo 2o
paſſio eſt ſenſus ꝯtrarij agentis ꝯ naturā de ſe nō h3
paſſibilitatē niſi foꝛte ex pctō vel coꝛꝑe: ergo ſeꝑatiōe
facta a coꝛꝑe niſi ſubiaceat pctō paſſibilitatē nō ha
bet: ergo eſt ipaſſibilis. Jtem oīe qđ habet paſſi 3o
bilitatē per accidēs tm̄/ nō erit paſſibile niſi cōiuncto
illi accidēti ſed hoc accidēs eſt incoꝛꝑatio ergo erit paſ
ſibilis incoꝛꝑata ſecluſo pctō qđ facit eam paſſibilem
ergo mox ſeꝑata a coꝛꝑe xp̄i anīa ⁊ aīe ſanctoꝝ ſunt
ipaſſibiles. Sed cōtra ponamus ꝙ iterū incoꝛpo Contraria
rent̄ coꝛpoꝛi aīalis aut patiet̄ aut nō. Si ſic tunc nō ratio.
fuerūt facte ipaſſibiles ꝑ abſolutionē a coꝛpoꝛe ⁊ im
paſſibile pati nō poteſt. Si aūt nō patiunt̄ ergo non
erūt vnite: q2 anima vnita coꝛpoꝛi cōpatit̄ neceſſario
cū doleat de ſeꝑantib⁹ vt habitū eſt in p̄cedenti diſtin
ctione. Solutio illa ſententia q̄ ponit anīas nr̄as Solo
ipaſſibiles poſt ſeꝑationē videt̄ mihi ꝓbabilioꝛ ſicut
ꝓbant pꝛimo inducte rōnes. Ad id qđ obijcitur in Ad rationē
contrariū dici poteſt ꝙ anīe ſeꝑantur a coꝛpoꝛib⁹ du contrariā.
pliciter. ſ. ſicut finē accipiētes vite ⁊ tēpoꝛis ſibi attri
buti a p̄finitione dei ſicut dicit̄: Poſuiſti terminos q̄
p̄teriri nō poterūt. ⁊ ille ſi ponant̄ iterū in coꝛꝑe: meo
iudicio pati nō poterunt niſi deus qui omnia poteſt
iterū pꝛimū affectū carnis in eis faciat. Quedā autē
ſeparant̄ nō vt terminū vite habeāt/ ſed vt gloꝛia dei
in eis per miraculū futurū manifeſtet̄ ſicut dicit xp̄s
de lazaro. Lazarus amicus noſter domit: eamus vt
de ſomno excitemus eum/ ⁊ de ceco nato dixit. Neq3
is peccauit neq3 parentes eius vt cecus naſceret̄: ſed
vt manifeſtent̄ opera dei in illo/ ⁊ ille non ſunt ſeꝑa
te niſi ſm quid: ⁊ ideo impaſſibiles nō efficiunt̄.

## Qđ a conceptu meruit ſibi xp̄s hoc qđ per paſſionem.

Nec ſolum hoc nomen chꝛiſtus quādo patri
obediens crucē ſubijt: ſed etiam ab ipſa con
ceptione ex quo homo factus eſt per charita
tem ⁊ iuſticiā ⁊ alias virtutes: in quarū pleni
tudine fuit ſm hominē conditus: ſibi tm̄ me
ruit q̄ntū poſt martyrij tolerantiā. Tanta eñ

plenitudo ſpiritualiū chariſmatū in eo fuit ꝙ in eis ꝓficere nō potuit: ⁊ ideo melior ipſi⁹ anima fieri nō potuit q̄ȝ ab initio ſue cōditionis extitit: quia ꝓficere in meritis nō valuit.
a Unde Gregorius ait: Non habuit oīno xp̄s iuxta anime meritū quo potuiſſet ꝓficere. in mēbris autē que nos ſumus quotidie proficit. Non ergo plus meruit ſibi ꝑ crucis patibulum q̄ȝ a conceptiōe meruit per gratiā virtutū. Nō ergo profecit ſm aīe meritū quātū ad virtutē meriti: profecit tamē q̄ȝtum ad numerū meritorū. Plura eñ habuit merita in paſſione q̄ȝ in conceptiōe: ſed maioris virtutis nō extiterūt in merēdo plura q̄ȝ ante fue-
b rant pauciora. Meruit ergo a conceptiōe nō modo gloriā impaſſibilitatis ⁊ imortalitatis corporis: ſed etiā ipaſſibilitatē anime. Per quid? Per obedientiā ⁊ voluntatē perfectā quā non tunc primo habuit nec maiorē cum pati cepit ⁊ mori. Obediens eñ perfectus et bonus extitit ſm hominē ex quo fuit homo. Habuit ergo anima illa aliqḋ bonū in ſe poſt mortē qḋ non habuit ante. Nū ergo beatior vel melior fuit q̄ȝ ante. Abſit ꝙ melior fuerit: quia nec ſanctior: nec gratia cumulatior: nec etiam beatior fuit in dei contēplatiōe in quo precipue beatitudo cōſiſtit. Poteſt tamen dici in hoc beatior fuiſſe: quia ab omni miſeria immunis. Ex quo nequit inferri ſimpliciter ꝙ beatior fuerit.

Arti. VI. f

## An chriſtus meruit in primo inſtanti ſue conceptionis.

Arguit. p̄o

d Einde querit̃ de hoc qḋ dicit [Nec ſolū hoc meruit chriſtus quādo patri ⁊c̄.] Videt̃ eñ hoc eſſe falſum: q2 prius eſt eſſe q̄ȝ agere. In inſtanti autē conceptiōis primū accepit eſſe: ergo in illo nō potuit agere: ſed mereri eſt agere: ergo in illo non potuit mereri. Itē ſancti patres ⁊ aliȷ̄ dicunt ꝙ nullus poteſt regenerari niſi prius ſit natus: ergo multo minus mereri cū importat renatū eſſe ⁊ poſtea agere ſm gratiā acceptā in regeneratiōe: ergo videt̃ ꝙ in xp̄o prius oportuit naſci admin⁹ in vtero anteq̄ȝ mereret̃: ergo nō meruit in inſtāti conceptiōis. Item in angelo malo prius oportuit ponere eſſe per naturam q̄ȝ auerti per maliciā: ergo ab oppoſitis in quocūq̄ȝ bono prius oportuit eſſe per naturā q̄ȝ conuerti ad deum per gratiā cū ad hoc multa plura exigātur q̄ȝ aliqḋ auerti: quia auerti poteſt aliquis per ſe ⁊ cōuerti nō poteſt niſi per gratiā. Si forte dicas ꝙ aliter eſt de xp̄o ⁊ aliter de aliȷ̄s: quia xp̄s fuit perſona ante conceptum ⁊ in conceptu: ⁊ ideo mereri potuit/ hoc nihil eſt: quia tunc mereri eſſet ꝑſone vt perſone ⁊ hoc falſum eſt/ cū mereri ſit liberi arbitriȷ̄ iferioris nō videtur eſſe vnū inſtans liberi arbitriȷ̄ ⁊ actus ei⁹ in merito.
Solo Solutio dicendū ꝙ circa illud ſunt due opiniones quarū illa videtur mihi ꝓbabilior que cōcedit rationes inductas ⁊ dicit ꝙ xp̄s nō meruit ab inſtanti cōceptiōis ſed poſt inſtans illud cōtinue meruit/ ſicut etiā exponit̃ illud Joh. 8. Ille homicida fuit ab initio id eſt poſt initiū. Aliȷ̄ dicunt ꝙ meruit in inſtanti cōceptionis ⁊ ſoluūt rōnes inductas: quia illud inſtans eſt medietas quedā p̄teriti ⁊ futuri ⁊ ſm ꝙ eſt finis p̄teriti ſic in eo accepit xp̄s eſſe/ ⁊ ſm ꝙ eſt principiū futuri ſic meruit in eodem. vnde in eodē inſtanti incepit eſſe ⁊ egit opus meriti/ nō tamē ſm eandem rationē inſtantis. ⁊ per hoc patet ſolutio ad totum p̄ter q̄ȝ ad id qḋ obiectū eſt de angelo malo quia ille etiam vt puto ſpacio diuiſibili ſtetit in veritate et poſtea cecidit/ nō aūt ſic eſt de xp̄o.

## An chriſtus habuit iuxta anime meritum quo ꝓficere potuit. Arti. VII. G

d Einde querit̃ de hoc qḋ dicit ibi [Nō habuit autē oīno chriſtus iuxta aīe meritū quo potuit ꝓficere] ſ. a. Hoc eñ falſum videtur cū Arg. p̄mo. ſupra ſit habitum ꝙ mereri dicitur multis modis ⁊ pluribꝫ modis poteſt aliquis mereri id qḋ iam habet ergo chriſtus. Itē ſi queraẗ quid dicat̃ ſubſtātiale Queſtiūcl'a premiū: ſi hoc dicatur viſio dei que eſt tota merces il- prima. lam xp̄s multis modis habuit ab inſtanti cōceptionis: ſed nihil ꝓhibet qn potuerit facere ꝙ aliqua ratiōe fuerit ſibi debita q̄ȝ prius fuerat. Itē q̄rit̃ qḋ Queſtiūcu- dicat̃ aīe meritū ſi hͦ ē meritū quo mereri potuit ali- la ſecunda. qḋ premiū in anima. videt̃ falſum: quia aīe meruit ipaſſibilitaẗ quā pri⁹ nō habuit: ḡ habuit vñ ꝓficere potuit iuxta anime meritū. Item actio xp̄i nō fuit minus grata actione aliorū ſanctorꝫ: ſed nulla actio aliorū ſanctorꝫ eſt que nō ſit meritoria vite eterne qḋ eſt anime meritū ⁊ premiū: ergo chriſtus meruit ſibi premiū anime vt videt̃. Solutio dicendū ꝙ mgr̃ Solo nō intelligit ꝙ xp̄s mereri nō potuerit ſubſtātiale premiū aliqua rōne: ſed intentio ſua eſt dicere ꝙ per meritū illud nihil adiȷ̄ciebat̃ ei ſm animā qḋ prius non habuiſſet nec aliqḋ plenius accepit per meritū q̄ȝ p̄us habuit. Ad hoc aūt qḋ obiȷ̄cit̃ de imortalitate dicendū ꝙ ipaſſibilitas anime attribuit̃ ei per accidens inq̄ȝtum eſt in corꝑe vel in peccato vt prius habitum eſt: ⁊ ideo penes eam nō conſiſtit dos anime nec premiū ſubſtantiale.

## An impaſſibilitas ⁊ imortalitas ſunt anime vel corporis. Arti. VIII. H

d Einde q̄rit̃ de hͦ qḋ dic̄ ibi [Meruit ḡ a ꝯceptiōe nō mō gloriā ipaſſibilitatꝭ ⁊ imortalitatis corporis ſed etiā anime] ſ. b. Pōt eñ eſſe dubiū cuius ꝓprie ſit imortalitas ⁊ ipaſſibilitas. vi- Arg. p̄o ꝙ detur eſſe anime: q2 eius eſt vita ꝑ ſe. cū igitur oppoſi anime. ſita vt priuatio ⁊ habitus habent fieri circa idem/ videtur ꝙ eiuſdē ſit mortalitas ⁊ imortalitas. Et eodē 2o modo obiȷ̄citur de paſſibilitate. nō eñ querit̃ hic de omni paſſibilitate ſed de ea ſolum que conſiſtit in dolore: ⁊ cū dolor ſit ſenſus cōtrariȷ̄ ⁊ cum ſenſus per ſe referat̃ ad animā videt̃ etiam ꝙ paſſibilitas ꝓprie ſit anime. P̄. querit̃ qualiter iſta cadūt ſub merito vi- Queſtiūcla detur eñ ꝙ directe quia imortalitas eſt dos corpo- ſecunda. ris: dotes autē directe cadunt ſub merito: ergo videtur ꝙ illa directe cadant ſub merito. Solutio dicē Solutio dum ꝙ ipaſſibilitas ⁊ imortalitas ꝓprie ſunt cōiuncti ⁊ nō ſolum corꝑis. Ad primū ergo dicēdū ꝙ eſt Ad primū vita vt cauſa vite. hec autē eſt anima ⁊ vita vt habit⁹ vite: ⁊ hec eſt cōiuncti ⁊ adheret corpori vt habitus. Ad aliud dicēdū ꝙ paſſibilitas ꝯuenit aīe ꝑ accñs Ad 2m

vt prius eſt habitū: ſed ſi cōueniret ꝑ ſe tūc ꝓcederet
Ad queſtiū culam obiectio. Ad aliud dicendū ꝙ dotes corꝑis nō ca-
dunt adeo directe ſub merito ſicut dotes aie: qꝛ do-
tes corꝑis cauſant̃ ex aīa. Glīa em̄ dei influit̃ anie ꝛ
redūdat in corꝑe in dotibꝫ corꝑis: ꝛ ideo nō ita dire-
cte cadūt ſub merito ſicut dotes anie. vñ xp̄s meruit
hec ex cōgruo ꝛ cōdigno ſed ex cōdigno ſunt quaſi ad
iecta p̄mio ſubali. ex ꝯgruo aūt ei q̄ i corꝑe duros do
lores ꝑtulit debetur imortalitas ꝛ impaſſibilitas.

## De eo qđ ſcriptū eſt Donauit illi nomen qđ eſt ſuꝑ omne nomen.

Nec tantū gloriā impaſſibilitatis ꝛ imortali
a tatis meruit: ſed etiā donari ſibi nomē qđ eſt
ſuꝑ omne nomē. ſ. honorificentiā: ꝙ vocatur
deus: hoc tñ ante mortē habuit. Habuit em̄
hoc nomen dei filius inq̄ʒtū deus eſt ab eter-
no per naturā: inq̄ʒtum xp̄o hō factus eſt ha-
buit ex tēpore per gratiā. Verūtamen Aug.
dicit homini donatū eſſe illud nomē non deo
quia illud nomen habuit cū in forma dei tm̄
erat. Sed cū dicitur ꝓpter qđ illū exaltauit:
ꝛ donauit illi nomen qđ eſt ſuꝑ omne nomen
ſatis apparet ꝓpter q̄d exaltauerit. i. ꝓpter
b obediētiā: ꝛ in q̄ forma exaltatꝰ ſit. In q̄ em̄
forma crucifixꝰ ē: in ea exaltatꝰ ē ꝛ ī ea dona
tū eſt ei nomē vt cū ip̄a forma ſerui noiet̃ vni
genitus filius dei: hoc illi donatū eſt vt hoi:
qđ iam habebat idem ip̄e deꝰ. Hoc ergo per
gratiā accepit: vt ip̄e ens homo vel ſubſiſtēs
in forma ſerui. i. in aīa ꝛ carne noietur ꝛ ſit
deꝰ. Sed nunq̄d hoc meruit: ſupra em̄ dictū
eſt: quia hoc tantū bonū homo ille non me-
ruit. Quō ergo hic dicitur ꝓpter obedientiā
donatū eſt ei hoc nomē? Scḋm tropū illū in
ſcriptura creberrimū hoc capiendū eſt: quo
dicitur res fieri quādo innoteſcit. Poſt reſur
rectionē xp̄o qđ ante erat in euidēti poſitū eſt
vt ſcirent hoies ꝛ demones. Manifeſtationē
ergo illius nois donauit ei deus poſt reſurre
ctionē: ſed illā meruit per obedientiā paſſio-
nis: q̄ eo ꝙ obediuit patiendo: exaltatus eſt
reſurgendo: ꝛ per hoc manifeſtatū eſt nomē
Hoc eodē tropo vſus eſt etiā dñs poſt reſur-
Math. 28 rectionē dicens: Data eſt mihi oīs poteſtas
in celo ꝛ in terra nō ꝙ tunc primo accepit: ſed
quā ante habebat: tunc manifeſtata eſt po-
teſtas. Ceterū Ambro. dicit nomē illud do-
natū eſſe deo non hoi: ꝛ videt̃ ſḿ verboꝝ ſu-
perficiē oppoſitus. Aug. ſed intelligētia non
obuiat: licet diuerſum ſapiat. Nam Ambro.
de naturali donatiōe id dictū intelligit: qua
eternaliter pater generādo dedit filio nomē
qđ eſt ſuꝑ omne nomen ſcʒ eſſe deū per natu-
ram: quia genuit ab eterno filiū plenū ꝛ ſibi
equalem deum. Qđ tamen nomē ap̄ſus pro-
pter paſſiōis obedientiam chriſto donatum
dicit: Sed premiſſo locutionis modo accipi-
endum eſt.

An xp̄s meruit donari ſibi nomen qđ eſt ſu Arti. IX.
per omne nomen. 1

Einde querit̃ de hoc qđ dicit ibi [Sed oꝑtet
d donari ſibi nomē qđ eſt ſuꝑ om̄e nomē] ꝫ. a.
Hoc enim nomen ab eterno habuit: ergo hoc Arg. primo
tunc ſibi datum non fuit. Si dicis ꝙ manifeſta-
tionē nominis nō habuit ſʒ rem ſed etiā manifeſtatio Solo
data eſt ei per meritū. Contra Matth. 8. ſuꝑ illud
Quid nobis ꝛ tibi ieſu. glo. tantū innotuit q̄ʒtū opor Obiectio.
tuit: ſed nō ſicut angelis vita ꝛ lux ſed eis terrēdis per
quedā diuinitatis effecta: ergo demones cognoue-
runt eum etiam ante paſſionē eſſe filiū dei. Item
Luce. 4. Scio ꝙ ſis ſanctus dei ꝛc̄. Glo. ibidē. In 2ᵒ ſic
terra videntes filiū dei cōtinuo ſe iudicādos putabāt
Item in lege ꝓmiſſus erat filius dei ꝛ deus: ergo
cum tēpus ꝛ opera atteſtarent̃ / videtur ergo ꝙ deus 3ᵒ
cognoſcebat̃ ab eis. Si dicatur ꝙ in lege nō voca-
tur deus: hoc plane falſum eſt Eſa. 9. Vocabit̃ autē Solo
āmirabilis deus fortis. Itē cōiter dicitur ꝙ ſapiē Obiectio
tiores ſciuerūt ꝙ eſſet vēturus in mundū ad redēptio 4ᵒ
nem. Item etiam pueri clamabāt hoc per plateas
O ſanna filio dauid / benedictus qui venit in nomie 5ᵒ
dñi. ergo videtur ꝙ hoc nomen manifeſtū erat etiam
ante paſſionē. Sed contra. 1. Coꝛ. 2. Si cognouiſ
ſent nunq̄ʒ dñm glorie crucifixiſſent. ꝛ exponit̃ ibi de Obiectio in ꝯtrariū pa
demonibꝫ ꝛ principibꝫ iudeorū. De demonibꝫ quia
nunq̄ʒ crucifigi ꝑſuaſiſſent / eo ꝙ ſcirent ſe ſic amiſſu-
ros poteſtatē. De p̄ncipibꝫ autē quia nō feciſſent tra-
dendo eum gentibꝫ. Item Anſelmꝰ in li. Cur deꝰ
homo dicit ꝙ tantū ſcelus ſicut eſt occiſio dei / nunq̄ʒ 2ᵃ
per penitentiā expiari poſſet niſi ignorantia excuſaſ-
ſet. Sed cōtra hoc iterū eſſe videtur ex altera par- Obiectio
te ꝙ omnis ignorātia ꝑticularis ſiue facti excuſet a to vltima.
to / ꝛ in chriſto nō potuit eſſe niſi particularis ignorā
tia ꝛ facti videtur excuſare a toto qđ falſum eſt: ergo
nō ignorauerūt. Solutio dicendū ꝙ nomē qđ eſt Solutio
ſuꝑ omne nomen eſt ꝙ vere ſit deus ꝛ vocet̃ ab omni ad totū.
lingua celeſtiū terreſtriū ꝛ infernoꝝ. Et bene conce-
do ꝙ hoc nomen ei ab eterno pater generādo dedit ſi
cut dicit Ambroſius ſed tamē vt paſſus ꝛ incarnatꝰ
deus vocetur innoteſcat: hoc dedit ei pater per meri
tum paſſionis. Iuſtum em̄ fuit vt qui ꝓpter peccatū
ꝛ nos intantū diuinitatis ſue noticiam occultauerat
vt omnes relicto eo ab eo fugerent ꝑ paſſionē mortis
gloria ꝛ honore ſic coronaret̃ vt om̄is lingua deū eū
eſſe confiteret̃. Ad om̄ia aūt obiecta eſt ſolutio vna
ꝙ eſt ſcientia per cōiecturas ꝛ hanc habuerūt de eo ꝙ Ad oia ſīr dicat̃.
eſſet filius dei / ꝛ demones ꝛ homies. Eſt etiam ſcien
tia per certitudinē ꝛ hanc nō habebāt / quia ꝛ ſi vide-
runt facta ꝛ alia teſtificantia iterū in dubiū venit eis
ꝓpter infirmitatis indicia que apparebāt in ip̄o ꝛ de
ſcientia cōiecturali ꝓcedunt prime rationes. de igno
rantia autē certitudinis procedūt rationes ſecunde.
Sed poſt reſurrectionē cū amplius nō erat in eo in-
diciū infirmitatis tunc cōgruebat nomen manifeſta-
ri. Ad id qđ vltimo obijcitur de excuſatione igno- Ad vltimū
rantie dicendū ꝙ non in toto excuſauit: quia creduli- obiectū.
tas etiam per coniecturas admixta fuit ſed ſi fuiſſet
oīno ignorantia tunc excuſaſſet.

Arti. X. An xp̄s ĩ eadē forma q̃ crucifix⁹ ē ſit exaltat⁹
R Einde querit̃ de hoc qđ dicit [In qua eñ for
Arguit̃ p̄o D ma crucifixus eſt in ea exaltatus eſt] ſ.b. Ui
detur ꝙ hũanitati nõ debeat̃ exaltatio q꞉ ex-
altatio eſt ad ſedem dei ad equalitatē patris. hec autē
nõ cõpetit forme ſm quã minor eſt pr̃e/ ⁊ hec ē huma
2o nitas: ergo humanitati nõ debet̃ exaltatio. Item
illi debetur exaltatio cui flectitur omne genu celeſtiũ
terreſtriũ ⁊ infernoꝝ: ſed hoc eſt deitas: ergo exalta-
3o tio illa de qua loquitur apoſtol⁹ eſt deitatis. Item
in verbis apoſtoli iſta ſe conſequũtur exaltauit illum
⁊ dedit illi nomen qđ eſt ſuper omne nomen vt in no-
mine ieſu flectatur omne genu: ⁊ omnis ligua confi-
teatur ei: ergo videtur ꝙ ad idem in xp̄o referant̃. no
Rõ i opp^m men autē refert̃ ad deitatē: ergo ⁊ exaltatio. Sed
contra humilitati debet̃ exaltatio. deitas autē humi
liari nõ poteſt: ergo nõ exaltabit̃. P̄. in lr̃a dicitur
oppoſitum in verbis ſanctorum: vt patet inſpicienti.
Solutio dicendũ ꝙ exaltatio debetur perſone in
Sol'o ad p^m ⁊ 2^m ſimul. natura hũana ⁊ etiã nature hũane: ſed perſone in na
tura debetur ad ſedem patris ad equalitatem/ quã
licet ab eterno habuit nõ tamen habuit in natura in-
feriori exiſtens: nature autē debetur ad potiora pa-
tris bona. ⁊ per hec pat3 ſolutio ad primũ ⁊ ad ſecun
Ad 3^m dum. Ad tertiũ dicendũ ꝙ nõ oportet ꝙ ideo refe-
ratur ad idem: quia apl's illa quattuor coniũgit: ſed
referunt̃ ad eundē in pſona gratia diuerſorũ que ſũt
Queſtiũcl'a in ip̄o. Et ſi querit̃ gratia quorũ hec quattuor ei at
Sol'o ad hoc. tribuũtur? Dico ꝙ perſona eſt in xp̄o ⁊ vtraq3 natu-
ra ⁊ opus redēptionis ⁊ effectus. ⁊ perſone quidem
omnia debētur tamen gratia nature humane in qua
⁊ cuius acceptione exinaniuit ſemetip̄m formã ſerui
accipiens debetur ei per oppoſitũ exaltatio. Gratia
nature autē diuine debetur ei nomen qđ eſt ſup omẽ
nomen: ſed gratia redemptionis qua ip̄e iudicatus ⁊
blaſphematus eſt ⁊ deriſus debet̃ ei per oppoſitum
preconiũ omnis lingue vt omnis lingua confiteatur
quia dñs. Sed gratia effectus liberationis eoꝝ qui
ſunt in terra ⁊ in limbo ⁊ reſtaurationis ruine celeſtis
in gratiarũactione debetur ei vt in nomine eius omẽ
genu flectat̃ celeſtiũ/ terreſtriũ/ ⁊ infernoꝝ. celeſtium
quia ruinã reſtaurauit: terreſtriũ quia redemit a rea
tu originalis: infernorũ quia inde eos qui ibi erãt ex
Queſtiũcl'a traxit. Si forte aliquis querat cũ hoc nomen qđ
debetur ei ex gratia diuinitatis ſit deus ⁊ manifeſta
tio deitatis ſue quare dicat apl'us vt in nomine ieſu
Sol'o omẽ gene flectatur. dicendũ ꝙ ieſus chriſtus ſunt no
mina exprimētia perſonã incarnatã: ⁊ ideo nõ ſunt ſu
per oẽ nomē ſed nobis ſunt venerãda per genuflexio
nem: quia oſtendũt nobis naturam in qua factum eſt
opus redēptions pro nobis. Et ieſus quidē nomĩat
perſonã ſm comparationē in carnē: quia ieſus dicit̃
ſaluator/ ⁊ ſaluare cõuenit chriſto per diuinã naturã
vnde angelus dixit Uocabis nomē eius ieſus: ipſe
enim ſaluum faciet populũ ſuum a peccatis eorũ/ qđ
licet ſm habitũ ei ab eterno ꝯueniat: tamen ſm actũ
ſaluãdi nõ conuenit ei niſi in natura humana aſſum-
pta. Xp̄s autem dicitur vnctus qđ ſonat paſſiue vn-
ctionem: ⁊ ideo nominat humanã naturã ſociatam
in diuinã: quia humane eſt vngi ⁊ illius eſt vngere.

## Si chriſtus ſine omni merito il-
## lam habere potuit.

Si ſo queritur vtrum chriſtus illam ĩmorta
litatis ⁊ ĩpaſſibilitatis gloriã ⁊ nominis dei
manifeſtationē ſine omni merito habere po-
tuerit: ſane dici poteſt quia humanã naturã
ita glorioſam ſuſcipere potuit: ſicut in reſur-
rectione extitit. Nomenq3 ſuũ etiã aliter ho-
minibus manifeſtare potuit. ſed homo paſſi-
bilis eſſe nõ potuit ſicut fuit: ⁊ ad illam glo-
riam ſine merito peruenire. Potuit quidem
ꝑuenire ad illam ſine merito paſſionis: quia
potuit conſumpta mortalitate ĩmortalitatis
gloria veſtiri: ſed nõ ſine merito iuſticie ⁊ cha
ritatis aliarũq3 virtutum. Non enĩ chriſtus
homo eſſe potuit: in quo plenitudo virtutũ
⁊ gratie nõ fuerit. Nec virtutes ei ineſſe po-
tuerunt cilicio mortalitatis induto quin per
eas mereret̃. Habens ergo has virtutes ſm
hominē paſſibilē ac mortalē nõ potuit nõ me
reri gloriam ĩmortalitatis. Non ergo potuit
factus mortalis ſine merito gloriam impaſſi-
bilitatis ⁊ ĩmortalitatis ac manifeſtationem
dei nominis conſequi. Potuit tamen hoc aſ-
ſequi ſine merito paſſionis: quia per paſſio-
nem nil ſibi meruit: qđ non ante per virtutes
meruerit.

An chriſtus ſine merito gloriã ĩmortalita Arti. XI.
tis habere debuit. L
Einde querit̃ de hoc qđ dicit ibi [Si ſo q̃rit̃
D vtrũ chriſtus illã ĩmortalitatis gloriã ⁊c̃.]
Uidet̃ eñ ꝙ ſine merito habere debuit quia Arg. p̄o ꝙ ſine merito debuit.
qđ cõceditur minus grato/ cõceditur multomagis fi
lio vnigenito. ſed paruulis minus gratis conceditur
huiuſmodi ĩmortalitas: ergo ſine merito magis de-
bet concedi magis grato filio dei. Item alia eſt cõ- 2o
ditio ſerui ⁊ alia eſt conditio filij: filius eñ natus eſt
in hereditatē patris: ſeruus autē non participat de
bonis patris niſi merendo per obſequiũ: ergo cũ xp̄s
fuerit ⁊ ſit vnigenitus patris/ pro nullo ſuo actu ex-
heredandus videtur eſſe natus ad perceptionē ĩmor
talitatis: ⁊ ideo nõ debuit venire ad ip̄am per meritũ
Item ip̄e eſt ſm hoc is qui meret̃ ⁊ is qui remune- 3o
rat qđ nõ conuenit: quia nullus meretur apud ſeip̄m
nec remunerat apud ſeip̄m. Sed contra omne me Arguit̃ in oppoſitũ p̄o
lius reponendũ eſt in filio cum igitur melius ⁊ iocun
dius ⁊ magis propriũ habeatur qđ aliqua ratione ꝓ
pter noſtrũ debet̃ nobis q̃3 id qđ quaſi datur penitē-
tibus: ergo dandus ille modus. habere autē per me-
ritũ eſt habere tanq̃3 id in quo ius habemus per no-
ſtrum ergo mereri debuit. Item nullus actuũ xp̄i 2o
potuit eſſe vacuus a gratitudĩe patris: ergo nec eua-
cuatur a merito: quia omĩs gratus deo actus remu
neraт̃ a deo. Solutio dicendũ ꝙ chriſtus meruit Sol'o.
⁊ hoc nobilitatis ſue fuit/ vt probãt vltime rationes
Ad primũ dicendũ ꝙ paruuli ſicut habent peccatũ Ad primũ
alienũ/ ita ſufficit eis meritũ alienũ qđ eſt meritũ xp̄i
⁊ matris eccleſie ſicut dicit Aug. Ad aliud dicen- Ad 2^m.
dum ꝙ filius meretur apud patrē ⁊ ſeruus apud do-
minũ alia ⁊ alia rõne. Seruus eñ de nõ debito ſibi

per naturã faciẽdo debitum ꝓpter obſequiũ filius de
debito ſibi per naturã faciẽdo alia ⁊ alia ratione de-
Ad 3m. bitũ vt iocundior ſit poſſeſſio. Ad aliud dicendũ di
cendũ ꝙ illa obiectio nihil cõcludit incõueniẽs: quia
in xp̃o ſunt due nature: ⁊ ideo ip̃e in natura diuina ⁊
ip̃e remunerãs ſe in natura humana merentẽ/ſic aũt
nõ eſt in alijs: ⁊ ideo illi vel tm̃ merent̃ vel tm̃ remu-
nerantur.

## De cauſa mortis ⁊ paſſiõis xp̃i.

Ad quid ergo voluit pati ⁊ mori ſi ei virtu-
tes ad merendũ illa ſufficiebant? Pro te: nõ
pro ſe. Quõ pro me? Ut ip̃ius paſſio ⁊ mors
tibi eſſet forma ⁊ cauſa. Forma virtutis ⁊ hu
militatis: cauſa gl'ie ⁊ libertatis. Forma deo
vſq̧ ad mortẽ obediẽdi: ⁊ cauſa tue liberatio
nis ac beatitudinis. Meruit em̃ nobis p mor-
tis ac paſſionis tolerantiã: qd̃ per p̃cedentia
nõ meruerat. ſ. aditum paradiſi ⁊ redẽptionẽ
a pctõ: a pena: a diabolo: ⁊ p mortẽ hec eius
nos adepti ſumus. ſ. redẽptionẽ ⁊ filiorũ glo
rie adoptionẽ. Ip̃e em̃ moriendo factus eſt
hoſtia noſtre liberationis. Sed quõ per mor
tem nos a diabolo ⁊ a peccato redemit: ⁊ adi
tum glorie aperuit? Decreuerat deus in my-
ſterio vt ait Ambro. ꝓpter p̃mũ peccatũ nõ
intromitti hominẽ in paradiſum. i. ad dei cõ
templationẽ nõ admitti: niſi in vno hoie tan-
ta exiſteret humilitas: que oibus ſuis profi-
cere poſſet: ſicut in primo homine tanta fuit
ſupbia que omnib⁹ ſuis nocuit. Non eſt autẽ
inuẽtus inter hoies aliquis quo id poſſet im
Apocal. 3. pleri: niſi leo de tribu iuda qui aperuit librũ
⁊ ſoluit ſignacula implendo in ſe omnẽ iuſti-
ciam. i. conſumatiſſimã humilitatẽ qua ma-
a iorem eſſe nõ poteſt. Nam omnes alij hoies de-
bitores erant ⁊ vix vnicuiq̧ ſua virtus ſuffi-
ciebat ⁊ humilitas. Nullus ergo eorũ hoſtiã
poterat offerre ſufficientẽ recõciliationi no-
ſtre. Sed xp̃s homo ſufficiẽs ⁊ pfecta fuit ho
ſtia: qui multo amplius eſt humiliatus ama
ritudinẽ mortis guſtando ꝙ̃ ille Adam ſup-
bijt per eſum ligni vetiti noxia delectatiõe p
fruendo. Si ergo illius ſupbia omniũ extitit
ruina: ip̃m de paradiſo mittens foras: alijſq̧
occludens ianuã multomagis xp̃i humilitas
qua mortẽ guſtauit: ingreſſum regni celeſtis
omnibus ſuis impleto dei decreto apire va-
luit atq̧ decreti delere cyrographũ. Et eni
b ait Ambro. Tantũ fuit peccatũ noſtrum: vt
ſaluari nõ poſſemus: niſi vnigenitus dei fili⁹
pro nobis moreret̃ debitoribus mortis: ⁊ ſic
dignos nos fecit teſtamẽti ⁊ promiſſe heredi
tatis. Qd̃ non ita eſt intelligendũ: quaſi non
alio modo ſaluare nos potuerit: ꝙ̃ per mor-
tem ſuã: ſed quia per aliã hoſtiã nõ potuit no
bis aperiri regni aditus ⁊ fieri ſalus: niſi per
mortẽ vnigeniti: cuius tanta fuit vt dictũ eſt
humilitas ⁊ patiẽtia: vt eius merito pateret
credẽtibus in eũ aditus regni. Magna ergo
in morte vnigeniti pſtita ſunt nobis vt liceat
nobis redire in patriam: ſicut olim in morte
ſũmi pontificis: his qui ad ciuitatẽ refugij cõ
fugerãt ſecure ad ꝓpria remeare. Ecce aliq̃-
tenus oſtenſum eſt: qualiter per xp̃i mortem
aditus regni ſit nobis paratus.

Einde accipiẽda eſt illa pars ĩ qua incipit alia M
d diuiſio ibi [Ad qd̃ g̃ voluit pati ⁊ mori] In q̃
magiſter inquirit effectũ paſſionis xp̃i in no-
bis ⁊ diuidit̃ in duas partes. In quarũ prima mgr̃
tangit quattuor in genere ad q̃ valuit nobis ſua paſ-
ſio in genere nõ exequẽdo in ſpeciali de aliquo. In ſe
cunda aũt ponit ſpecialẽ execuitionẽ de ſingulis ⁊ hec
incipit in p̃ncipio diſtinctiõis. xix. ibi [Nunc igit̃ que
ramus quõ p mortẽ ip̃ius a diabolo] In primo aũt
horũ ſunt duo in quoꝝ primo ponit quattuor vt di-
ctũ eſt. In ſecũdo ꝓbat primũ ibi [Sed quõ per mor
tem a diabolo nõ poterat liberare p hec patʒ ſentẽtia.

## An pati ⁊ mori chriſti valuit nobis ad adi tum paradiſi. Arti. XII.

Quattuor que tãgit in lr̃a ſunt iſta. Aditus pa
q radiſi/redemptio a diabolo/a pctõ/⁊ a pena.
Querat̃ aũt p ordinẽ de ſingulis. Primo de
aditu ad padiſum. Alia em̃ in ſequẽti diſtinctiõe lo-
cũ habebũt. aditus ille nõ videt̃ eſſe paſſiõis ſed aſcẽ- Arg. p° ſic.
ſionis. vñ in Ps̃. Aſcẽdit in altũ captiuã duxit capti
uitatẽ dedit dona ⁊c̃. Ite Michee. 2. Aſcẽdit pan 2°
dens iter ante eos. Item q̃d ante paſſionẽ impedi- 3°
uit aditũ paradiſi. videt̃ ꝙ nihil: q2 meritũ ſctõꝝ fuit
gratũ: ergo deo placuit ⁊ remunerari debuit in vita
eterna: ergo xp̃s ſiue pateret̃ ſiue nõ pateret̃ aditũ re
gni patres habuiſſent/g̃ paſſio non fuit cauſa. Itẽ 4°
in baptiſmo celi aperti ſunt ſup eũ: ergo videt̃ ꝙ nõ p
paſſionẽ aperuit celos ſed potius p baptiſmũ. Si Solo
forte dicas ꝙ ignea rõphea nõ auferebat̃ niſi p paſſi-
onẽ/⁊ apire eſt igneã rompheã amouere. videt̃ ꝙ ni- Obiectio
hil ſit: q2 illa etiã amota eſt in introitu enoch ⁊ helye:
ergo illius amotio nõ pertinet ad paſſionẽ vt ad cau-
ſam. Itẽ celeſtẽ paradyſum expectamus p xp̃i paſ- 5°
ſionẽ: ignea aũt romphea fuit ante padiſum terreſtrẽ
Item ſi paſſio eſt cauſa introitus tũc poſita cauſa 6°
ponit̃ effectus: ⁊ deſtructa deſtruit̃/ſed patʒ ꝙ paſſo
xp̃o nõ ſtatim de limbo tranſierũt ſancti ad celũ/nec
etiã ſtatim tranſierũt ab inferno: ergo videt̃ ꝙ paſſio
xp̃i nõ ſit cauſa introitus in regnũ vel in celũ. So Solutio
lutio dicendũ ꝙ paſſio xp̃i aperuit aditũ paradiſi ſol-
uendo rompheã. Rõphea autẽ nihil aliud eſt ſpũali
ter niſi decretũ dei de nõ intrando ſine p̃cio qd̃ ſoluẽ-
dũ eſt ꝓ natura: quia tota dãnata fuit per peccatũ in
adam. Ad primũ ergo dicendũ ꝙ aſcenſio nõ ape- ad pm 2m
ruit paradiſum quo ad aptã viſionẽ faciei dei: quia il
lã ſtatim ſancti aſcendẽdo a limbo habuerũt ſed quo
ad h̃ ꝙ ꝯgruũ locũ fruitionũ determinat ſcʒ celũ em-
pirreũ: ſed hic dicit̃ aditus paradiſi vl' regni perfect⁹
habitus eius in viſione dei facie ad faciẽ. Ad aliud Ad 3m
dicendũ ꝙ patrũ meritũ fuit pſonale: ⁊ ideo p eos na-

ture nō recōciliabat̄ ⁊ impediuit eos nature reatus/
vt nō viderent facie ad faciē vſq3 ad tēpus paſſionis:
nec itroducerent̄ in regnū niſi ꝑcio ſoluto hoc vel alio
modo: quia ille modus determinat⁹ eſt a deo ideo ille
Ad 4m eſt cauſa. Ad aliud dicendū ꝙ baptiſmus aperit ce
los ſicut cauſa diſponēs ex parte eius cui aperit̄ ⁊ nō
apit ſimpl'r. vnde ſi paſſio nō fuiſſet/baptiſmus non
aperiret: quia nō habet virtutem niſi a paſſione xp̄i.
ad obiectō3 Ad aliud dicendū ꝙ nō eſt inſtantia de enoch ⁊ he-
lya: quia hoc factū eſt in terreſtri ꝑadiſo: ſed nos loq-
mur de celeſti paradiſo/q̄3tum ad id qđ eſſentialiter
eſt regnū dei ſc3 viſio dei facie ad faciē ⁊ per hoc patet
Ad 5m ſolutio ad ſequēs. Ad vltimū dicēdū ꝙ ſtatim paſ-
⁊ 6m. ſo xp̄o aperiebat̄ ſanctis facies/cuius contēplatio eſt
vita eterna/licet adhuc nō adepti eſſent locum cōgru
entē illi vite: quia hoc congruebat fieri impletis ſacra
mentis ſepulture reſurrectionis ⁊ aſcenſionis: locus
autē ad aptionē regni nō habet ſe niſi per accidēs ſc3
ꝑ modū congruentie ⁊ nō ꝑ ſe.

Arti. XIII. **An omnes alij debitores erāt ⁊ vix vnicuiq3**
n **ſufficiebat ſua virtus ⁊ humilitas.**

Einde querit̄ de hoc qđ dicit ibi [Nā alij ho-
Argũt̄ p̄o d mines debitores erāt ⁊c.] ſ̄.a. Ex hoc em̄ vi-
detur multipl'r ſequi incōueniēs. Uno modo
cū quāto magis debita ſūt fuitia: tāto min⁹ ſūt gra-
ta/videt̄ ꝙ martyres pro xp̄o moriēdo nō gratū fece
2o rūt ꝓ chriſto obſequiū. Alio modo q2 ſi vix cuilib3
ſufficit ꝓpria iuſticia. videtur ꝙ nullus poſſet ꝓ alio
ſatiſfacere qđ eſt contra apoſtolū dicentē ad Gal'.6.
Alter alterius onera portate ⁊ ſic adimplebitis legē
xp̄i ⁊ contra Jacobū dicentē Jaco.5. Orate pro inui
3o cem vt ſaluemini. Tertio quia ſi quilibet eſt debi-
tor ad omne qđ eſt ⁊ poteſt/⁊ etiā debitor mortis tūc
videtur ꝙ quicqđ facit careat remuneratiōe: quia nō
4o poteſt reſpōdere vnq̄3 etiā pro eo qđ accepit. P̄. de
qua morte intelligit̄ hoc ꝙ om̄es debitores ſūt mor-
tis aut naturali aut violēta. ſi de naturali hoc videt̄
falſum: quia tunc intelligit̄ de debito nature hoc nō
5o omnes ſoluerūt. P̄. ſi omnes dicunt̄ mori hoc eſt
6o cōditio nature ⁊ nō debitū ꝓprie loquēdo. P̄. ſm h̄
nihil eſt ad ꝓpoſitum quia hic loquit̄ de debito qđ ſa
tiſfacit ꝓ peccato: morientes autē ſm naturā non ſol-
uūt per mortē neceſſario aliqđ peccatū. Si aūt intel
ligat̄ de morte violenta/hoc iterū falſum eſt: quia nō
om̄es tenemur ad h̄ ꝙ interficiamur ergo videt̄ ꝙ fal
Solutio ſum ſit qđ dicit de debito iſto. Solutio dicendum
ꝙ in veritate ſic intelligēdus eſt textus vt iacet/⁊ qđ
plus eſt nulla creatura etiā ſine offenſa dei quā fecit/
ſufficit toto eſſe toto ope ⁊ poſſe rn̄dere ꝓ vno mīmo
qđ accepit a deo. ſ3 aliđ ē qđ tenemur de iure creatio-
nis ⁊ aliud qđ tenemur de iure offenſe: ⁊ aliđ qđ tene
mur de iure miſcđie. De iure ꝯditiōis nr̄e plus tene-
mur q̄3 ſcim⁹. de iure offenſe pl⁹ tenet̄ q̄lib3 hō q̄3 face
re poſſet vſq3 in finē mūdi. de iure aūt miſericordie te
nemur minus q̄3 etiam quilibet infirmus poſſet face
re. dicentes Dn̄e dn̄e vim patior rn̄de pro me ſtatim
inuenimus ip̄m totū remittentē ⁊ parum exigentē. ſ.
voluntatē faciendi qđ bono moderamine poſſumus
Ad primū Ad primū ergo dicendum ꝙ martyres pro chriſto
paſſi ſunt gratiſſime: quia illud qđ conditione debe-
bant gratiſſime offerebant: quia debitum conditio-
Ad 2m. nis nō tollit libertatē obſequij. Ad aliud dicendū
ꝙ non ſufficit iuſticia cuilibet ſed tamen: quia nō exi-
gitur ab eo qđ debet: ideo poteſt aliquis facere ꝓ al-
tero: nullus autē pro tota natura niſi deus ⁊ homo
vt ſupra habitū eſt. Ad aliud remunerabile eſt ex Ad 3m
miſericordia dei nō exigente totū hoc qđ ex ſtricto iu-
git ⁊ ab imortalitatis deſperatione liberat ꝙ̄
ꝙ tanti nos fecit deus: vt dei filius immutabi
liter bonus in ſe manēs quod erat: et a nobis
accipiens quod nō erat: dignatus noſtrū ini-
re cōſortiū: mala noſtra moriendo perferret.
Eſt ⁊ alia ratō quare iſto poti⁹ modo ꝙ̄ alio
liberare voluit: quia ſic iuſticia ſuperaret dia- d
bolus non potentia. Et quomodo id factum
ſit explicabo vt potero. Quadā iuſticia dei i e
poteſtatē diaboli traditū eſt genus humanū
peccato primi hominis in omēs originaliter
tranſeunte: ⁊ illius debito omnes obligante.
Unde omnes hoīes ab origine ſunt ſub prin Eph. 2.
cipe diabolo. Unde apoſtolus: Eramus na- f
tura filij ire: natura. ſ. vt eſt deprauata a pec-
cato: nō vt eſt recta creata ab initio. Modus
autem ille quo traditus eſt homo in diaboli
poteſtatē: non ita debet intelligi tanꝙ̄ deus
hoc fecerit aut fieri iuſſerit: ſed ꝙ tm̄ permiſe
rit iuſte tamē. Illo eñ deſerente peccantem g
peccati auctor illico inuaſit: nec tamē de⁹ cō
tinuit in ira ſua miſerationes ſuas: nec homi-
nem a lege ſue poteſtatis amiſit: cū in diabo-
li poteſtate eſſe permiſit: quia nec diabol⁹ a
poteſtate dei eſt alienus: ſicut nec a bonitate
Nam qualicūqꝫ vita diabolus vel homo nō
ſubſiſteret niſi per eū qui viuificat oīa. Non
ergo deus hominē deſeruit: vt nō ſe illi exhi
beret ⁊ deū: ſed inter mala penalia etiam ma
lis multa preſtitit bona: ⁊ tandē hominē quē
cōmiſſio peccatoꝝ diabolo ſubdidit remiſſio Heb. 2.
peccatoꝝ ꝑ ſanguinē xp̄i data a diabolo eru-
it: vt ſic iuſticia vinceret diabolus: nō poten-
tia. Sed qua iuſticia? Jeſu chriſti. Et quō vi
ctus eſt ea? Quia in eo nihil dignū morte in-
ueniens: occidit eū tamē: ⁊ vtiqꝫ iuſtū eſt vt
debitores quos tenebat liberi dimittantur i
eū credentes: quem ſine vllo debito occidit.
Ideo autē potentia vincere noluit: quia dia- h
bol⁹ vitio ꝑuerſitatis ſue amator eſt potētie
⁊ deſtor oppugnatorqꝫ iuſticie: i q̄ hoīes ma
gis eū imitāt̄ q̄ neglecta vl' etiā ꝑoſa iuſticia

potentie magis ſtudent eiuſq; vel adeptione letanť: vel cupiditate inflāmanť. Jdōq; placuit deo vt nō potentia ſed iuſticia vincens hominē erueret: in quo homo eū imitari diſceret. Poſt vō in reſurrectiōe ſecuta eſt potentia: quia reuixit mortuus nunq̄ poſtea moriturus. Sed nōne iure equiſſimo vinceretť diabolus: ſi potentia tm̄ chriſtus cum illo agere voluiſſet? vtiq;: ſed poſtpoſuit chriſt⁹ qđ potuit vt prius ageret qđ oportuit. Juſtitia ergo humilitatis hominē liberauit quē ſola potentia equiſſime liberare potuit.

## De cauſa inter deum ⁊ hominem et diabolum.

Si em̄ tres illi in cauſa venirent. ſ. deus: diabolus: ⁊ homo. diabolus ⁊ homo quid aduerſus deū dicerent nō haberent. Diabolus em̄ de iniuria dei cōuinceretť: quia ſeruū eius. ſ. hominē ⁊ fraudulenter abduxit: ⁊ violenter tenuit. Homo etiā iniurius deo cōuinceretť. quia precepta eius cōtempſit: ⁊ ſe alieno dominio mancipauit. De homīs etiā iniuria cōuinceretť diabolus: quia ⁊ illū prius fallaci ꝓmiſſione decepit: ⁊ poſt mala inferendo leſit Jniuſte ergo diabolus quantū ad ſe tenebat hominē: ſed homo iuſte tenebať: quia diabolus nunq̄ meruit poteſtatē habere ſuper hominē: ſed homo meruit ꝑ culpā pati diaboli tyrannidē. Si ergo deus qui vtriq; ꝑerat potentia hominē liberare vellet: ſola iuſſionis virtute hominē potuit rectiſſime liberare: ſ; ob cauſam premiſſa; iuſticia humilitatis vti voluit. Qui dū in carne mortali crucifix⁹ eſt iuſtificati ſumus. i. per remiſſionē peccatorū eruti de poteſtate diaboli: ⁊ ita a chriſto iuſticia diabolus victus eſt non potētia. Quomō autem in ei⁹ ſanguine nobis peccata ſunt dimiſſa ſupra expoſitum eſt.

A ſ [J vō querit vtrū alio modo poſſet de⁹ hominē liberare ⁊c̄.] Hic incipit q̄rta ꝑs illi⁹ diuiſionis que in principio. xviij. diſtinctōnis poſita eſt. ⁊ agiť hic vtrū deus alias q̄z ꝑ mortē poterat liberare: ⁊ durat vſq; ad illū locum vbi diciť in hac eadē diſtinctiōe: [Chriſtus aūt eſt ſacerdos ideq; hoſtia.] Et diuidiť ī ꝑtes duas/ in quarū prima oſtendit rationes cōgruentie: quare iſto mō voluit redimere cū alius mod⁹ eſſet poſſibilis. Jn ſecunda exequiť cauſam inter deū ⁊ hominē ⁊ diabolū ibi: [Si em̄ tres illi in cauſam veniſſent.] Jn prima parte tria facit. Primo queſtionē ꝓponit. ⁊ ſecundo cauſam ſolutionis vnā dat ex iuuātib; ad ſpem imortalitatis. Tertio dat aliā ex ratione iuſticie. ⁊ hec tria facit in vno capitulo: ⁊ ex hoc patet ſententia.

Arti. 1 An alius modus liberationis eſt poſſibilis preter illū quo liberatū eſt genus hūanū

i Ncidit aūt h̄ dubiū ꝑmo ſi eſt ali⁹ mod⁹ poſſibil' (vt dicit) vel nō. ſ̄. a. Et ſi h̄ eſt veꝝ ꝙ ali⁹ eſt poſſibilis. Et tunc queriť ſecundo q̄ poſſibilitate ſit ille poſſibilis. Procediť autē ad primū hoc modo dicit Anſ. ꝙ minimū incōueniēs decētiſſime iuſticie dei eſt impoſſibile. eſt aūt maximū incōueniens in iuſticia iudicij: ⁊ precipue corā iudice illo a q̄ nō eſt ad aliū appellare: ḡ ſuſtinere iniuſticiā impoſſibile eſt deo: ſed peccatū ſine cōdigna ſatiſfactōe remittere iniuſtū iudiciū eſt: ḡ hoc impoſſibile eſt deo. Probatū aūt eſt ſupra/ ⁊ adhuc probabiť ampli⁹ nō poſſe facere cōdignā ſatiſfactionē ꝓ peccato niſi deū et hominē. hoc em̄ dixit Ambro. in precedenti diſtin. ḡ videť aliū modū nō fuiſſe poſſibilē. Arg. primo

Jtē cōgruentia ⁊ incongruentia opponunť: aut igiť in genere nature/ aut in genere moris. Conſtat prout hic loquiť de eis ꝙ nō opponunť in genere nature: q2 nō loquimur de naturis: ſed de opere volūtatis/ qđ eſt liberatio: ḡ opponiť in genere moris: ḡ ſi cōgruū eſt bonū/ oportet ꝙ incōgruū ſit malū: quia bonū bono nō opponitur: ſed deus vel filius dei nō pōt facere malū: ḡ nō pōt facere incōgruū. ſi igiť alius modus nō fuit cōgru⁹ noſtre miſerie ſanande/ alius modus nō fuit deo poſſibilis. 2º

Jtē (vt dicit Anſ.) cū queriť vtrū alio modo liberare poterat genus humanū: nō queriť modus ex parte dei qui oīa poteſt: ſed queriť modus ex ꝑte noſtra: ḡ hoc eſt querere ſi alio mō exire poteramus nos de reatu pctī. cōſtat aūt ꝙ nō niſi ꝑ deū ſatiſfaciētem qui etiā eſſet homo/ vt probat Anſ. ḡ alius mod⁹ nō fuit deo poſſibilis. 3º

Jtē hoc videť expreſſe dicere q̄dā auctoritates/ quaꝝ vna eſt ad Thitū. 2. gloſa ſuꝑ illud apparuit gratia. dicit ſic: Nō eſſemus ꝑticipes deitatis ei⁹ niſi ipe particeps eſſet noſtre mortalitatis. cū igiť nō ſumus participes niſi ꝑ gratiā reconciliationis nō eſſemus recōciliati niſi in noſtra humanitate mortuus eſſet ꝓ nobis. 4º obi ꝑ auctoritates. pma

Jtē ad Romanā. 5. ſuꝑ illud: Ut ſicut ꝑ inobedientiā vnius. ⁊c̄. glo. Jlla fides ſana eſt: qua credimus nullū hominē ſiue paruule etatis/ ſiue maioris liberari a cōtagio mortis antique ⁊ obligatiōe peccati quā prima natiuitas cōtraxit niſi ꝑ mediatorē vnū dei ⁊ hominū/ hoīem ieſum xp̄m/ cuius ſaluberrima fide illi facti ſunt ſalui 2ª

Jtē Anſ. in li. Cur deus homo nō poterat tranſire calicē niſi biberet. nō quia nō poſſet vitare mortē ſi vellet ſed (ſicut dictū eſt) impoſſibile erat aliter ſaluare mundū. 3ª

Jtē Heb. 2. ſuꝑ illud: Per paſſionē cōſumari auctorē ſalutis eoꝝ. ⁊c̄. glo. Niſi xp̄us moreretť/ homo nō redimereť: ⁊ nō redemptus periret: ⁊ fruſtra eſſent omīa facta. ex his ⁊ multis alijs videť cōcludi ꝙ nō erat alius modus poſſibilis ad liberandū genus humanū. 4ª

Jtē quidā obijciunt ſic: Deus illū modū preuiderat ⁊ ꝑdeſtinauerat: q2 ꝑdeſtinatio eſt de oīb; bonis ſalutarib;: ſed qđ predeſtinatū eſt impoſſibile ē nō eſſe: ⁊ neceſſe eſſe/ ⁊ poſſibile nō eſſe ſunt contradictorie in quarto ⁊ ſecundo modo modaliū. 5º

Jtem fides patriarchaꝝ credidit hunc modū: fidei aūt nō pt ſubeſſe falſum: ḡ neceſſe fuit eſſe hunc modū liberatōnis: ḡ nō fuit poſſibile eſſe aliū. 6º

Sed cōtra Grego. in moralib; li. 20. Qui nos exiſtere fecit de nihilo. reuocare etiā ſine morte ſua ⁊ paſſione potuit. Rōnes in opm. pma.

Jtem Leo papa in legenda in ramiſpalmaꝝ: Omnipotētia filij dei q̄ ꝓpter eandē eſſentiā eſt equalis patri potuiſſet genus humanū a diaboli dn̄io ſolo imperio ſue voluntatis exuere niſi in diuinis oꝑib; maxie ꝯgruiſſet 2ª

vt nequitie hoſtilis aduerſitas de eo qđ vicerat vin-
3a cereꝛ. Itē Augꝰ in lib. de ciui. xiij. Cōtra eos vtiqꝫ
qui dicūt defuit ne modꝰ aliꝰ deo qui liberaret a mi-
ſeria vt vnigenitū ſuū filiū hominē fieri vellet induē
do humanā naturā ⁊ carnē: ſic eſt refellere vt iſtū bo
nū modū aſſeramꝰ ⁊ diuine cōgruū dignitati: verū
etiā vt oſtēdamꝰ aliū modū poſſibilē deo nō defuiſ-
ſe cuiꝰ ptāte cūcta equaliter ſubiacēt: ſed ſanāde no-
4a ſtre miſerie ꝯueniētiorē modū aliū nō fuiſſe. Itē ſu
per illud pſ̄. 21. Et nō ad inſipiētiā mihi: dic̄ glo. Ut
ſapiēter genꝰ humanū meo ſanguine libereꝛ: nullꝰ
enim cōueniētior modus noſtre liberatiōis q̄ꝫ vt ho
mo qui per ſuperbiā cecidit: per humilitatē reſurgat
Obijciꝛ ꝑ rōnes ad idem. Ad hoc ſunt etiā rōnes nō ſolū ꝓbantes ꝙ alius
fuit poſſibilis: ſed etiā ꝙ alius fuit magis ꝯgruꝰ. di
gnū em̄ honore nō cōgruit pati penas ⁊ exiliū: filiꝰ
2a autē fuit oī honore dignꝰ: ergo nō debebat ſibi hoc
ad iniuriā facere: vt penas ⁊ exiliū ſubiret. Itē ſi-
ne ſatiſfactiōe remittere peccatū fuiſſet maioris ꝑfe-
ctionis: ergo fuiſſet deo ꝑfectiſſimo magis cōgruꝰ il
le modꝰ. Probatio prime eſt ꝙ ad hoc nos inuitat/
vt diligamꝰ inimicos: ⁊ vt dimittamꝰ oībus debē-
tibus nob: etiā p̄ter hoc ꝙ exigamus ſatiſfactionē. ſi
ergo bonum ſuadet nobis p̄mo debuit hoc facere in
Sol'o ſeipſo. Itē ſi dicas ꝙ ſeipm̄ negare nō potuit: negaſ
Inſtātia ſet autē ſeipm̄ ſi faceret cōtra iuſticiā ſuā. Cōtra ſic̄
ipſe ſua iuſticia eſt: ita eſt ipſe ſua miſericordia q̄ ſuꝑ-
exaltat iudiciū: ergo exigēdo tā grauē emendā videꝛ
3a venire cōtra ſuā miſericordiā. Itē impiꝰ iudex eſt q̄
plus exigit in emēda q̄ꝫ poſſet reꝰ facere: quia ille nō
querit emēdationē rei: ſed ſitit ſanguinē eiꝰ cū oīs iu
ſticia nō querat niſi emēdare hominē ⁊ ſaluare: ergo
ſi deꝰ exigit talē emēdā quā nō poſſet p̄ſtare purꝰ ho
mo vel homo in ſtatu in quē ceciderat: videꝛ ꝙ non
decēter illud exegit: ſed impie ſitiēdo mortē hoīs: er
go cū hoc nō ſit fas credere de deo: videꝛ ꝙ homo pu
rus ꝑ ſe ſatiſfacere potuit: ⁊ ſic aliꝰ fuit modꝰ deo poſ
Sol'o ſibil'. Uel ſi tu dicas ꝙ homo nō fuit ī gratia: ⁊ ita
Inſtātia. nihil gratū facere potuit. Cōtra hoc eſt ꝙ cū hō fac̄
qđ pōt ſtatim dat ei deus gratiā: ſed multi fuerūt q̄
fecerūt qđ potuerūt ⁊ gratiā habuerūt: ⁊ ſic poſſibi-
le fuit de oībus ſi ſe p̄paraſſent: ergo videꝛ ꝙ deꝰ id
4a qđ potuerūt facere acceptare debuit. Itē. 1. Joh.
2. diciꝛ ꝙ mādata eiꝰ grauia nō ſunt. Et Hiero. di
cit ꝙ anathema ſit q̄ dicit deū p̄cepiſſe īpoſſibilia: er
go nūq̄ꝫ exigit ab hoīe talē emēdatiōis modū quem
Sol'o nō poſſet explere niſi deꝰ eſſet homo vt videꝛ. So
lutio ſine p̄iudicio dico ꝙ aliꝰ fuit modꝰ poſſibilis cō
ſiderata poteſtate dei cui nihil iniuſtū eſt: vt dic̄ An-
ſelmꝰ ⁊ nihil impoſſibile: ſed tn̄ ex ex parte noſtra im
poſſibile fuit nos redimi niſi per deū ⁊ hominē nō ꝙ
hoc intēdā dicere ꝙ ſi deꝰ nos liberaſſet quin eſſemꝰ
liberati. Sꝫ eſt cōſiderare potētiā liberatōis ex ꝑte
dei ⁊ ex ꝑte nr̄a ⁊ ex ꝑte vtriuſqꝫ ſil'. ſ. dei ⁊ hoīs. Ex
ꝑte dei q̄dē fuit aliꝰ modꝰ poſſibil'. Ex ꝑte hoīs autē
videꝛ mihi aliꝰ modꝰ īpoſſibilis. Si vo ex parte vtri
uſqꝫ cōſidereꝛ. i. noſtra poſſibilitas ad dei potētiā re
lata in qua fit q̄cq̄d ipſe vult: fuit aliꝰ quidē modus
poſſibilis: ſed nullus ita cōueniēs. Si em̄ queratur
vtrū de trūco pōt fieri vitulus dicimꝰ ꝙ nō. Si au-
tē queraꝛ vtrū deꝰ de trūco p̄t facere vitulū dicimꝰ
Ad primū. ꝙ ſic: his habitis planū eſt reſpōdere obiectis. Ad
primū em̄ dicēdū ꝙ dimittere culpā impunitā dici-
tur dupliciꝛ. ſ. impunitā hoc eſt ſine omni pena: h̄ eſt

impoſſibile corā iudicio dei: q2 ſic vt dicit Anſel. eēt
corā deo impius ſicut iuſtꝰ ⁊ placeret deo peccatū ſi
cut ⁊ virtꝰ qđ eſt impoſſibile: vl' dimittere peccatū ſi
ne cōdigna pena: ⁊ hoc eſt iudicis q̄rentis emēdā rei
⁊ hoc mō fuiſſet ſi deꝰ hoī ſine morte filij peccatū in-
dulſiſſet. puniuerat em̄ hominē in hac vita: ⁊ ī pur-
gatorio amplius punire potuit: ⁊ ita nihil indecens
ex parte ſua ex h̄ ſequereꝛ. Ad aliud dicēdū ꝙ con Ad ſecūdū.
gruū ⁊ incōgruū ex parte noſtra ſumunꝛ: ⁊ nō ex ꝑ-
te iudicij dei cui cōgruū eſt oē qđ fac̄: q2 etiā illud qđ
videꝛ incōgruū ex cōtrario vſu ſi deꝰ faceret cōgruiſ
ſimū eſſet: vn̄ ſi parceret a pena ꝯdigna clemētie de-
putareꝛ dūmō iuſticia ꝓ tāto ſaluareꝛ ꝙ remaneret
peccatū inultū pena emēdāte nō ſuffocāte reū. Ad Ad tertiū
aliud dicēdū ꝙ bene cōcedo ꝙ ſi poſſibilitas ex par-
te noſtra attēdaꝛ vt dicit Anſel. ꝙ nō erit iuſticia ni-
ſi reſtituēs ablatū ⁊ ſatiſfaciēs offenſe: ⁊ hoc nō po-
tuit eſſe niſi per deū ⁊ hominē: vt dicūt Anſel. ⁊ Am
bro. Ad aliud dicendū ꝙ oēs ille auctoritates lo- Ad quartū
quūtur de poſſibilitate cōgruētie ⁊ non de poteſtate
dei ī ſe. Ad aliud dicēdū ꝙ p̄deſtinatio nō imponit Ad quintū
neceſſitatē ſed immutabilitatē facit: ⁊ ideo nihil ꝓhi
bet q̄n adhuc alius modꝰ ſit poſſibilis ſi liberatio in
genere ⁊ in ſe cōſidereꝛ. Ad aliud dicēdū ꝙ fides Ad ſextū
eſt de eo qđ nō erit aliter q̄ꝫ crediꝛ: ſed tn̄ poſſibile eſt
eſſe aliter. fides em̄ ⁊ p̄deſtinatio bene tollūt actū im
mutabilitatis in cōtrariū vel in aliud q̄ꝫ ſit hoc de q̄
ſunt: ſꝫ nō tollit potētiā mutabilitatis. ⁊ ideo illa ar ad rōnes q̄
gumēta nō cogunt. Oportet etiā ſoluere ea q̄ ſunt ſunt in op-
ad oppoſitū: q2 ſm̄ meā opinionē ex parte noſtra at- poſitū
tēdendo potētiā ſatiſfaciēdi nō fuit poſſibilis alius
modus. Dico ergo ad primū ꝙ oēs ille auctoritates
loquunꝛ de potētia dei liberātis: ⁊ nō de potētia ho
minis debentis ſatiſfacere. Ad id autē qđ obijciꝛ Ad rōnem
per rōnes dicēdū ꝙ filiū dei ex bonitate decuit om̄e primā
ſignū dilectiōis homī exhibere qđ pertinebat ad ſa-
lutē niſi hoc cederet in iniuriā iuſticie vel deitatis: ſꝫ
nō in iniuriā fuit deitatis: q2 deitas nec paſſa nec cō
paſſa fuit: ſed in humana natura paſſus eſt filiꝰ dei:
⁊ hāc deitatem nō decuit exiliū ⁊ mortalitas. Ad Ad ſecūdū.
aliud dicēdū ꝙ alio mō remittere iniuriā potuit deꝰ
ſed ex parte homīs remāſiſſet verecūdia: ſcꝫ ꝙ homo
abſtuliſſet qđ nō reddidiſſet. Et ſi queras vtꝝ de- Queſtio
us hāc verecūdiā auferre potuiſſet. Dico ſine preiu- Sol'o
dicio ꝙ obproprium quidē aufferre potuit: ſed tn̄ veri
tatē mutare nō potuiſſet: q2 cōtra ſe feciſſet. de prete
rito em̄ veꝝ fuit ꝙ homo rapuit que per ſe exſoluere
nō potuit: ⁊ ideo ꝯgruiſſimū fuit iudici clemētiſſimo
vt tale faceret iudiciū / vt deſtrueret peccatū ⁊ homo
tantū vel plus dādo q̄ꝫ rapuit ab obprobrio ſimul ⁊
peccato liberareꝛ. Ad aliud dicēdū ꝙ plus exige- Ad inſtātiā
re q̄ꝫ homo poſſit diciꝛ duob' modis. ſ. ſimpliciꝛ: ⁊ ſic
ſonat extorſionē vel de expēſis iudicis vt reus priſti
nā recipiat dignitatē: ⁊ ſic exigere plus q̄ꝫ purus ho
mo poſſit ſonat miſcđiaꝫ ⁊ bonitatē iudicꝭ erga nos.
et hoc eſt qđ dicit pſ̄. Redemptionē miſit dn̄s popu
lo ſuo: qđ em̄ vltra vires noſtras exegit ad glorie no
ſtre cumulū fuit: q2 aliter ſemꝑ cōſciētia teſtis verita
tis diceret nos rapuiſſe ⁊ non ſoluiſſe dei honorem.
Ad aliud dicendū ꝙ homo in quātacūqꝫ gratia ſit Ad tertiā cū inſtātia.
dūmodo ſit purus homo nō poteſt ſatiſfacere ꝓ pec-
cato qđ in omnē mundū redūdauit: ⁊ hoc ſufficiēter
in premiſſis ꝓbatū eſt: nec tamē ſm̄ dicta ſanctoꝝ cre
do ꝙ vnq̄ꝫ alicui poſt primū peccatū ḡr̄a ſalutis da

ta ſit niſi in dilectiõe vnigeniti ⁊ fide qui oẽs recõci-
liauit: nõ dico ꝙ nõ dari potuerit quãtũ eſt de potẽ
Ad quartã tia dei: ⁊ ſic patet ꝙ nihil eſt qd̃ obijcit. Ad aliud
dicendũ ꝙ mãdata nõ ſunt grauia habenti charita
tẽ: ⁊ hoc ideo qꝛ filiꝰ dei nobis ea alleuiauit ſuſtinen
do ꝓ nobis qd̃ nos ſuſtinere debebamꝰ: qꝛ dñs po-
ſuit in eo iniquitates omniũ noſtrũ: ⁊ ideo mõ facile
eſt nobis: vnde põt dici vt prius ꝙ ſi a nobis ad iniu
riã noſtrã nõ exegit impoſſibile nobis: ſed ad gloriã
cũ ipẽ daret vnigenitũ per quẽ factũ eſt poſſibile qd̃
ante erat nobis impoſſibile: licet nõ deo cui nihil eſt
difficile. Et per hoc patet ſolutio ad totũ.

## Arti. II. B Si alius modus redimẽdi eſt poſſibilis q̃ritur qua poſſibilitate ſit poſſibilis.

Ecũdo querit̃ que ſit illa poſſibilitas de qua
Arguit̃ p̃o s dicit̃ ꝙ aliꝰ modus fuit deo poſſibilis. Uide
tur autẽ ꝙ nullus: qꝛ potẽtia dei nõ põt eſſe
niſi ſm cõgruentiã decẽtiſſimã: ergo deus nihil põt
2o qd̃ cõgruenter nõ poteſt. Jtẽ potẽtia dei nõ refer-
tur ad opus niſi ſm ordinẽ ſapiẽtie p̃ordinantis: qꝛ
aliter deus ageret precipitãter: ſed ſapiẽtia dei p̃or-
dinauerat iſtũ modũ: ergo nõ fuit poſſibil' apud deũ
3o aliꝰ modus vt videt̃. Jtẽ det̃ ꝙ potẽtia dei ſit re-
ſpectu alteriꝰ modi: cũ igit̃ fuerit reſpectu iſtiꝰ vt pa
tuit in effectu/ ipã mutaret̃ de opere in opus: cũ igit̃
hoc ſit aliqua mutatio: ⁊ deꝰ penitꝰ ſit im̃utabilis vi-
detur ꝙ ſi potẽtia dei fuit de iſto modo ꝙ nõ potuit
Jn oppoſitum. eſſe de alio. Sed cõtra deus nõ agit ꝑ neceſſitatẽ
nature: ſicut facit potẽtia ⁊ virtus naturalis: ſ; agit
per volũtatis libertatẽ: quicq̃d aũt agit libertas vo
luntatis poteſt facere ⁊ nõ facere: ⁊ alio mõ facere: g̃
videt̃ ꝙ deꝰ potuit hoc mõ liberare ⁊ nõ liberare: ⁊
alio mõ liberare: qꝛ aliter ipſe minꝰ eſſet liber in agẽ
Solutio do q̃ȝ nos qd̃ abſurdũ ẽ. Solo dicẽdũ ꝙ vna ⁊ ſim
plex eſt dei potẽtia: ſed tñ põt duplicit̃ cõſiderari. ſ.
vt exequẽs ſapiẽtie p̃uiſionẽ ⁊ ordinationẽ: ⁊ ſic vi-
detur ꝙ nõ fuit aliꝰ modꝰ poſſibilis noſtre liberatio
nis q̃ȝ p̃uiſus eſt a ſapiẽtia ordinãte: ſed tñ potuit eẽ
alius modꝰ p̃uiſus: ⁊ tũc potẽtia oꝑans aliũ exeque
retur. Aliter cõſiderat̃ ſm ꝙ añcedẽter ſe habet ad ſa
pientiã: põt eñ deꝰ facere q̃ ꝑ ſapiẽtiã oĩa ordinãtẽ
nõ ordinauit ſe factuꝝ: ⁊ de hac potẽtia loq̃ndo aliꝰ
fuit modꝰ poſſibilis: ⁊ de hac poſſibilitate loquũtur
Ad primũ. ſancti plerũqȝ. Ad primũ ergo dicẽdũ ꝙ q̃cquid fa
ceret deꝰ eo ipſo eẽt decentiſſimũ quo ad oꝑantẽ qd̃
Obiectio ipſe faceret vt priꝰ dictũ eſt. Et ſi obijcias ꝙ Ariſt.
Solo dicit ꝙ p̃t deꝰ praua agere: dicẽdũ ꝙ accepit ibi pra-
ua materialiter. i. poteſt agere id qd̃ eſt prauũ qd̃ tñ
Ad ſecũdũ. nõ eẽt p̃uũ: ſ; optimũ eo ipõ ꝙ deꝰ faceret illud. Ad
aliud dicẽdũ ꝙ illa rõ procedit de potẽtia exequẽte
ordinẽ ſapiẽtie p̃uidẽtis: ⁊ de hac nõ loquimur cũ di
cimus ꝙ aliꝰ modꝰ liberationis fuit deo poſſibilis.
Ad tertiũ Ad aliud dicẽdũ ꝙ potẽtia dei im̃utabilis eſt: qꝛ ſi
daret̃ ꝙ fuit de alio mõ ſequeret̃ ꝙ nũq̃ȝ fuit de iſto:
licet eñ vtraqȝ iſtarũ poſſibil' ſit diuiſim potẽtia dei
eſt de iſto mõ: ⁊ potẽtia dei eſt de alio mõ: tñ nõ ſunt
cõpoſſibiles ſm relationẽ ad potentiã oꝑantẽ: qꝛ ali
ter deꝰ mutaret opꝰ ſuũ qd̃ eſſe nõ põt.

## Arti. III. C Si fuerit poſſibil' aliꝰ modꝰ liberatõis q̃rit̃ an etiã fuit poſſibilis aliꝰ modꝰ redẽptõis.

Einde querit̃ de hoc qd̃ dicit ibi [Sȝ noſtre
D miſerie ſanãde ꝯueniẽtiorẽ modũ ñ fuiſſe ⁊c̃.]
s̃. b. Põt eñ eſſe dubiũ q̃ȝuis fuit aliꝰ modꝰ
poſſibilis liberatiõi noſtre ꝙ tñ aliꝰ modꝰ quo redi-
meremur nõ fuit poſſibilis: hoc eñ ꝓbat̃ ſic: Redi- Rõ prima ꝑ v̄itate
mere eſt rẽ ſuã iuſto precio vel bello recuꝑare: ſed iu
ſtũ p̃ciũ eſſe nõ potuit niſi equalẽs offenſe ⁊ dãno: ſ;
ſicut ꝓbatũ eſt dãnũ eſt tota humana natura ꝑdita:
⁊ q̃cq̃d defluxit in ipſa in peiorẽ ſtatũ: ⁊ hoc oẽ qd̃ in-
ferioris nature eſt q̃ȝ hõ: ſicut dicit glo ad Ro. 8. ſuꝑ
illud: Oĩs creatura ingemiſcit ⁊ ꝑturit vſqȝ adhuc:
Offenſa autẽ fuit infinita: q ꝛ cõtra deũ: ergo iuſtũ p̃
ciũ oꝑtuit eẽ infinitũ bonũ ⁊ nõ niſi deꝰ ⁊ hõ q̃ debe
ret vt hõ ⁊ poſſet vt deꝰ: ergo redẽptio nõ potuit fie-
ri niſi ꝑ deũ ⁊ hominẽ. Jtẽ ſi de redẽptiõe belli loq̃ Scd̃a rõ.
mur ⁊ iure tũc ſicut patet in littera iuſtũ eſt vt idem
vincat q̃ victꝰ eſt in eodẽ. ſ. in ligno. Uñ Amb. in ym
no de paſſiõe Jpſe lignũ tũc notauit damna ligni vt
ſolueret: hoc igit̃ iterũ nõ poterat fieri iuſte niſi per
deũ ⁊ hoĩem: ⁊ ita aliꝰ modꝰ nõ fuit poſſibilis noſtre
redẽptiõi. Jtẽ det̃ ꝙ redimamur ab alio q̃ȝ a deo/
ſiue ſit homo de nouo ex nõ deprauata natura factꝰ Tertia rõ.
ſiue angelus incarnatꝰ: illi ergo tenemur tanq̃ȝ re-
dẽptori: ergo erimꝰ inferiores illo ſemꝑ: homo autẽ
creatura eſt ⁊ in tanta dignitate vt nulli niſi ſoli deo
ſubeſſet: ergo ꝑ redẽptionẽ illiꝰ priſtine dignitati nõ
erat reſtitutꝰ: ergo redẽptio ꝑfecta nõ eſt facta ꝑ illũ.
Jtẽ deus p̃uidit hominẽ futurũ in dignitate eq̃li Quarta ratio.
angelorũ: ſi ergo angelus redemiſſet nõ eſſet in eq̃li
dignitate: g̃ deꝰ fruſtraret̃ p̃ordinatione ſua que qꝛ
oĩa impoſſibilia ſunt: videt̃ ꝙ aliꝰ modꝰ nõ fuit poſſi
bilis noſtre redẽptiõi. Sed cõtra ab iniuſte poſſi- Arguit̃ p̃o in oppoſitũ
dẽte nõ oportet redimere pignꝰ: ſed vẽdicare in pote
ſtatẽ: ſed diabolus iniuſte poſſederat nos vt infra di
cetur in hac eadẽ diſtinctõe: ergo ab ipõ nõ oportuit
tali p̃cio redimere hoĩem. Jtẽ impiũ eſt dicere ꝙ p̃ 2o
ciũ ſeculi chriſti. ſ. ſanguis ⁊ aĩa oblata ſint diabolo
ad redẽptionẽ homĩs: cũ igit̃ non tenuerit nos niſi
diabolus: videt̃ ꝙ nõ ſimus redẽpti a diabolo nec h̃
mõ nec alio mõ. Solo ſine p̃iudicio loquẽdo cõce- Solutio principal' ⁊ ad ſecũdũ
do primas rõnes: ⁊ nõ fuit aliꝰ modꝰ poſſibilis nr̃e
redẽptiõi niſi ꝑ p̃cij talis ſolutionẽ niſi redẽptio lar-
ge ꝓ liberatiõe accipiat̃: qꝛ nõ eſt niſi duplex redem-
ptio. ſ. iure belli: ⁊ ita redẽpti ſumus a ſeruitute dia-
boli ꝑ victoriã chriſti: ⁊ ſolutõe p̃cij: ⁊ ſic nõ ſumꝰ re-
dẽpti a diabolo: qꝛ abſit vt chriſtꝰ diabolo ſit obla-
tus ꝓ nobis: ſ; patri: ⁊ nos ſoluti ſumꝰ a decreto pa
tris obligãte nos ad nõ intrãdũ paradyſum niſi tã-
ta appareret in vno iuſticia humilitatis que oĩb; ſuf
ficeret vt. s̃. di. xviij. dictũ eſt. Et per hoc pꝫ ſolutio
ad vltimũ. Ad p̃cedẽs dd̃m ꝙ licet diabolus nos Ad primũ.
iniuſte poſſideret/ nec p̃ciũ ſolutũ ſit diabolo: tñ nos
iuſte poſſidebamur tenẽte nos in obligatõe illa iuſta
ſentẽtia iuſticie iudicis cui etiã preciũ ſoluebatur in
noſtra redemptione.

## An ſi homo nõ peccaſſet filiꝰ dei incarnatus fuiſſet. Arti. IIII. D

Einde querit̃ de hoc qd̃ dicit [Quid eñ mẽ-
D tes noſtras tantũ erigit ad amorẽ ⁊c̃ ]. s̃. c.
Scd̃m hoc eñ ſi hõ nõ peccaſſet: videt̃ ꝙ nõ Arguit̃ p̃o
tm̃ ad amorẽ ſuũ nos ꝓuocaſſet. Uñ in quadã ſequẽ
tia cantat̃. O culpa nimiũ beata qua redẽpta eſt na
tura: deꝰ q̃ creauit oĩa naſcit̃ ex femina: q̃ſi diceret h̃
ipſo ꝙ culpa ꝑacta eſt deꝰ homo factꝰ ẽ: igit̃ ſi homo
nõ peccaſſet deꝰ nõ fuiſſet incarnatꝰ. Jtẽ in q̃buſ- 2o
dã eccleſijs in benedictiõe cerei paſchal' cantat̃: O fe

liſ culpa que tantū ac talē meruit habere redempto
rē: ergo videt̄ ꝙ ſi culpa nō eſſet/ filius dei nō fuiſſet
3º incarnatus. Itē ſuper illud apl'i ad Rom. 8. Sci
mus quoniā diligentibus deū oīa cooperant̄ in bo-
nū his qui ſm̄ propoſitū vocati ſunt ſancti: dicit glo-
ſa etiā peccata ergo peccatū vniuerſitatꝭ in idē bonū
debuit cooperari vniuerſitati: hoc autē peccatū ori-
ginale eſt qđ omnes trahūt ab Adā: ergo aliqđ bo-
nū poteſt elici ex illo: hoc autē nō de facili inuenit̄ ni-
ſi incarnato chriſto: ergo videt̄ ꝙ chriſtꝰ nō fuiſſet in
carnatus ſi peccatū nō fuiſſet. Itē ad qđ fuiſſet in-
carnatus: nō eñ tūc indiguiſſemꝰ doctore vl' libera
tore vel redēptore: ergo videt̄ ꝙ ſi peccatū nō fuiſſet
nō ita excitaſſet ad charitatē eiꝰ/ ſicut fecit pacto pec-
4º cato. Sed cōtra bonū eſt diffuſiuū ſui ⁊ eſſe: ergo
optimi erit optimo modo quo pōt ſe diffundere: non
autē melius poteſt eſſe in nobis diffundere q̄ꝫ incar-
nādo: ergo videt̄ ꝙ incarnatꝰ etiā eſſet ſi peccatū nō
5º eſſet. Item Anſel. dicit ꝙ quattuor ſunt generatio-
nes de ꝑfectiōe nature ſine qbus generatio eſt impꝑ-
fecta. ſ. de terra virgine: vir virgo de viro virgine: fe
mina virgo de viro ⁊ muliere corruptis infans vir-
go. Reſtabat ergo quartꝰ modꝰ de femina virgine
virū virginē ꝓducere vel ordo generatiōis nō fuiſſet
ꝑfectus: ergo cū dei perfecta ſunt opa/ ipſe repleuiſ-
ſet hunc ordinē/ etiā ſi homo nō peccaſſet: ſed de vir-
gine nō poteſt naſci niſi filiꝰ dei: vt dicit Caſſianꝰ er
go filiꝰ dei fuiſſet incarnatus/ etiā ſi nō peccaſſet ho-
6º mo. Itē deus ab eterno ꝓuiderat filiū incarnādū
ergo neceſſe fuit impleri: ergo ſiue homo peccaſſet ſi-
ue nō ipſe fuiſſet incarnatus. Itē ſupra ꝑ v̄ba ſan
7º ctoꝝ ꝓbatū eſt angelū nō eſſe vnibilē: ſed hominē. cū
igit̄ nulla aptitudo fruſtra ſit creata a deo neceſſe fu
it hāc aptitudinē impleri: ergo neceſſe fuit deū incar
8º nari. Itē peccatū nō fecit ſimiliorē ⁊ vnibiliorem
noſtrā naturā cū deo q̄ꝫ eēt ante peccatū. Cū ergo ſi-
milior deo ſit ſine peccato q̄ꝫ poſt peccatū videt̄ etiaꝫ
vnibilior: ⁊ ſic deo magis cōueniebat ei vniri vt vi-
9º detur. Itē perfectio vniuerſi cōſiſtit in dimēſione
circulari: vt probat phs. et quia circulo nihil eſt ad-
dibile: ergo maxime ꝑfectiōe nature mūdus eſt ꝑfe-
ctus: ergo cū ſimiliter dei perfecta ſunt opa/ vltimū
dꝫ ꝯcludi ī primū vt fiat circulus: primū autē eſt deꝰ
⁊ vltimū homo: ergo deus ⁊ homo debēt vniri: ⁊ h̄
cōtingeret etiā ſi homo nō peccaret. Itē amor maxi
mus ſe cōmunicat maximo modo: nō aūt poteſt ma
gis q̄ꝫ vt ſe vniat: ergo cū talis amor ſit ei ad hominē
ipſe vniet ſe ei: ergo videt̄ etiā ꝙ vniet ſe ei ſi non pec-
Solō caſſet. Solutio dicēdū ꝙ ī hac q̄ſtiōe ſolutio incer
ta eſt. ſed quātum poſſum opinari credo ꝙ filius dei
factus fuiſſet homo: etiā ſi nunq̄ꝫ fuiſſet peccatū: nec
tamē factus fuiſſet angelus: q2 angelus nō eſt vni-
bilis ex natura ſicut homo: vt ſupra oſtēdimꝰ: tamē
nihil de hoc aſſerēdo dico: ſed credo hoc qđ dixi ma-
Ad primuꝫ ⁊ ſecūdū. gis ꝯcordare pietati fidei. Dico igit̄ ad primū ꝙ ta
les locutiones valde improprie ſunt: vt dicat̄ culpa
beata ⁊ felix: q2 nō dicit̄ beata ⁊ felix in ſe: ſed ex con
ſequēti. Et licet forte chriſti incarnatio nō ſit ſequēs
ad culpā: tñ magnalia opa redēptiōis ꝑ laborē paſ-
ſionē ⁊ mortē ſecuta ſunt ex culpa; per hoc etiā patet
Ad tertiū ſolutio ad ſecūdū. Ad aliud dicendū ꝙ peccatū nō
cooperat̄ in bonū niſi per accidēs: ſcꝫ quia feruētior
⁊ magis gratus aliquis quādoq̄ꝫ reſurgit q̄ꝫ cecidit
⁊ magis efficit̄ humilis ⁊ cautꝰ: ſi aūt ⁊ chriſti incar
natio ſecutā eſt neſcio: ſed hoc certū eſt ꝙ redēptio per
mortē eſt ſecuta. Ad aliud dicēdū ꝙ incarnatꝰ fu Ad quartū
iſſet ad oñſionē eximij amoris ſui ⁊ vt mltiplices de-
litias ꝓparet homi cū cōtemplaret̄ eū in carne frēm
quē habet vniuerſitatis deū. Si autē velimꝰ cō- Opinio al-
trariū ſuſtinere quod tamē mihi non videt̄: dicemus berti de in-
ad primū ꝯtra obiectū ꝙ bonū nō diffundit ſe ſm̄ or carnatione
dinē nature: ſed capacitatē eoꝝ qui capiūt illud: non chriſti.
aūt cadit in capacitatē aliquā nature vl' meriti vnio
deitatis ad carnē: ⁊ ideo nō oporteret ꝙ ſe illo modo
diffunderet. Ad aliud dicendū ꝙ natura cōpleta Ad quintū
eſſet ſine vltimo modo in eſſe nature: licet nō in opti-
mo eſſe gratie/ nec oportet hoc ꝙ deꝰ faciat vnūqđq̄ꝫ
in optimo eſſe quo poſſet ipm̄ facere ſi vellet: ſed ſuf-
ficit vt faciat ſicut vult dūmō nihil neget eis de na-
turalibꝰ. Ad aliud dicēdū ꝙ illa aptitudo nō eſt ex Ad ſextū.
natura: ſed ex gratia electiōis: vt ſup̄ ſepe habitū eſt
q2 homo ille vt in vnitatē filij dei aſſumeret̄ nō me-
ritis vel natura ſed gratia habuit. Ad aliud dicē- Ad 7m
dū ꝙ licet peccatū nō fecerit deiformē naturā: tñ fe-
cit neceſſariū redēptorē: ⁊ hec neceſſitas coegit miſe-
ricordē deū incarnari. Ad aliud dicēdū ꝙ tal' ra- Ad nonū
tio circuli nō eſt neceſſaria ad perfectionē: ſed potius
circulus ordinis. ſ. vt ordinent̄ ad deū tanq̄ꝫ ad finē
que exiuerunt ab ipſo tanq̄ꝫ a ꝓrincipio. Ad aliud
dicendū ꝙ ſufficiebat oſtēſio amoris in glorificatōe
quia nō oportuit deū omnē modū amoris oſtēdere-
ſicut nec modo facit. Ad hoc autē qđ obijcit̄ de ꝑ- Ad ſextum
deſtinatiōe habet ſolutionē ſpecialē. ſ. ꝙ ꝑdeſtinatio in ordine.
ſupponit ordinē ſapiētie: ⁊ illa ꝓuidit culpā futurā ⁊
ideo preordinauit redemptorē. Sed tamē primū ꝓ-
babilius mihi videtur.

Que ſit iuſticia qua ſuperatus eſt diabo- Arti. V.
lus vtrū redēptoris vel redēptorū. E

Einde querit̄ de hoc qđ dicit [Sic iuſticia ſu
D perat̄ diabolus]. ſ. d. Poteſt eñ hic eſſe du
biū que ſit iuſticia qua ſuꝑat̄ diabolus. Aut Arguit̄ pº
eñ hec eſt iuſticia redēptorū/ aut iuſticia redimētis
Si eſt primo modo cū illi iuſticiā fecerūt etiā añ in-
carnationē chriſti: videt̄ ꝙ debuiſſent eſſe redēpti: ſi-
cut de Abraā di' Rom. 4. ꝙ ſignaculū iuſticie fidei
circūciſionē accepit Abraā ⁊ Noe vir iuſtꝰ atq̄ꝫ ꝑfe-
ctus in generatiōe ſua: ⁊ ſic de alijs. Si autē eſt iu-
ſticia redēptoris: vt videt̄ dici in littera/ tūc videt̄ ꝙ
nō fiat iuſticia: q2 non eſt equū ꝙ liberet̄ per iuſticiā
alterius qui iuſticiā nō fecit. Ulteriꝰ querit̄ ſi eſſet q̄ſtiūcula
alius modꝰ vl' fuiſſet vtrū eſſet iniuſtus: videt̄ ꝙ nō
quia deus nihil pōt facere iniuſtū. Sed cōtra potē Arguit̄ pº
tie modꝰ hic diuidit̄ cōtra iuſticie modū: igit̄ ſi vſus
fuiſſet chriſtꝰ potētie modo nō fuiſſet iuſtꝰ modus.
Itē ponat̄ ꝙ deꝰ noſtrā carnē accepiſſet: ⁊ tñ nos 2º
poteſtate eripuiſſet/ tūc videt̄ modꝰ cōueniētior fuiſ
ſe: q2 tunc teneremur ad gratiarū actionē de ſuſcepta
natura: ⁊ tñ ipſe ⁊ nos ſimili labore veniremꝰ ad re-
gnū: ergo ille fuiſſet modꝰ magis cōueniēs ⁊ magꝭ
obligās nos deo. Itē ī iudicio hoīs fraus nulli pa 3º
trocinat̄: ergo nō debet acquirere ius aliqđ in iudi-
cio dei. Cōſtat aūt ꝙ diabolus fraudulēter decepit
hominē: ergo nullū ius fuit ei acquiſitū in hoīe: ergo
videt̄ magis fuiſſe iniuſtꝰ modꝰ ꝙ hominē quaſi ad
iudicatū dimiſit ei: ⁊ per iuſticiā liberare voluit q̄ꝫ ſi
cōdēnādo demonē ꝓpter fraudē hominē in poteſtatē
ſuā retraxiſſet. Solutio dicēdū ꝙ nullus modus Solutio

poteſt eſſe iuſtꝰ ex parte dei: ſed ex parte hoīs iuſticia
eſt redēptio ꝓ meritis: ⁊ ideo pena ſatiſfactoria ꝓ cul
pa debet infligi: vñ dico ꝙ primū intelligiť de iuſti/
Ad obiectū primū. cia redēptoris quā ſoluit ꝓ redēptis. Ad illud qđ
ꝯtra obijciť dicendū ꝙ iuſticia redēptoris exigebať
ad hoc ne eſſet obex apud eos: q2 gr̄a capitis nō pro/
fluit ſup mēbra niſi diſpoſitio ſit in mēbris quaſi re/
ceptibilia ſint gratie: ⁊ ita vtraqꝫ exigiť vna vt p̄pa/
ad q̄ſtiūcl'ā rans ſubiectū: altera vt liberās. Ad aliud dicēdū
ꝙ oīs modꝰ fuiſſet deo iuſtꝰ: ſed nō adeo coueniens
Ad primū ⁊ ſecūdū. ex parte hoīs redēpti. Ad aliud dicēdū ꝙ potētie
modus nō diuidiť cōtra iuſticie modū/ vt ei oppoſi/
tus: ſed nō adeo cōgruꝰ/ nō ex parte dei: ſed ex par/
Ad tertiū te noſtra: vt prius expoſitū eſt. Ad aliud dicēdū ꝙ
fraus demonū non fuit ſine culpa hoīs decepti: ⁊ iō
licet demonibꝫ patrocinari nō debuit: tñ homī noce
re debuit: ⁊ ideo ex parte illa oportuit iuſticiā libera
toris cōtra iuſticiā homīs poni.

## Arti. VI. F An ſolū originale vel actuale ſit cauſa q̄re indigemꝰ redēptore: et vtrū quilibet per ſe potuit ſatiſfacere de actuali.

Einde queriť de hoc qđ dicit ibi [In poteſta/
D te diaboli ita datū eſt genus humanū] .s̄.c.
Ex hoc em̄ videť ꝙ ſolū originale ſit cauſa q̄/
re indigemꝰ redēptore: ⁊ ita videť ꝙ q̄libet ꝓ ſe ſatiſ
Arguiť p̄o facere potuit ꝓ actuali. Sed hoc nō videť q2 maiꝰ
peccatū eſt cōmiſſum ꝑ ſeip̄m q̄ꝫ cōtractū ab alio: er/
go ab ip̄o exigitur maior ſatiſfactio. Si ergo ꝓ reliq̄
pctō oportuit interuenire iuſticiā redēptoris multo
magꝭ oportuit hoc fieri ꝓ pctō ꝓprio: ergo grauiꝰ pec
catū eſt qđ g̃uiori pena puniť in delinq̄nte: ſꝫ actua/
le puniť in carētia viſionis dei ⁊ igne vrente. origi/
nale aūt tm̄ carētia viſiōis dei: ergo ſi originale exi/
2º git redēptorē multomagis actuale. Itē h̄ videť ex
auctoritate ſanctoꝝ ſup̄ poſita qui dicūt ꝙ nll'i vnq̄ꝫ
remiſſum eſt neqꝫ paruulo neqꝫ adulto niſi ī fide me/
diatoris: cōſtat autē ꝙ fides mediatoris cōiūgit iu/
ſticiā chriſti cū iuſtificatis: g̃ ſine iuſticia chriſti nullū
3º remittiť peccatū. Itē ſi veꝝ eſt qđ dicūt oēs ſcti ⁊
doctores cōiter ꝙ paſſio chriſti opeť ī oībꝫ ſacr̄is tūc
oportet dicere ꝙ etiā opereť in pn̄ia. cū igiť ſine ſacr̄o
pn̄ie nll'i vnq̄ꝫ ſit remiſſum pctm̄ ſine iuſticia media
4º toris in paſſiōe nulli vnq̄ꝫ remiſſum pctm̄ eſt. Itē
Eſa. 53. Nos oēs quaſi oues errauimꝰ ⁊ dñs poſuit
in eo iniquitates omniū noſtrū: ergo poſuit ī eo etiā
5º iniq̄tatē actualē. Itē glo. ad Ro. 6. dicit ꝙ pctā p̄
cedētiū fuerūt in ſuſtētatōe dei: donec ad oſtenſionē
6º iuſticie redimētis ꝑ xp̄m. Itē expſſe in p̄cedēti di.
ſcribiť ſic: In pn̄ia pena ꝑ xp̄m minorať: nō em̄ ſuffi
ceret illa pena q̄ penitētes ligat eccl'a niſi meritū xp̄i
coopareť q̄ ꝓ nobis ſoluit: cōſtat ꝙ eccleſia nullū tē/
porali pena obligat ꝓ originali: g̃ ꝓ actuali nō poſſe
7º mus ſatiſfacere niſi eēt iuſticia xp̄i. Itē rō Anſel. eſt
ꝙ indiguimꝰ redēptore: q2 offendere facit offenſam
infinitā/ ſicut ipſe eſt infinitū bonū: ergo cū in actua
li mortali offendať deꝰ: videť eadē rōe exigere redē/
Obijciť in ꝯtriū p̄º ſic ptorē. Sed cōtra hec quidā obijciūt ſic: Alius mo
dus fuit poſſibilis: ergo nō neceſſario exigiť iuſticia
2º redimētis. Itē antiqui p̄res fidē/ ſpem ⁊ charita/
tē habuiſſent/ etiā ſi xp̄s nō fuiſſet incarnatꝰ: cū igiť
cū talibꝫ virtutibꝫ nō poſſit ſtare pctm̄ actuale: meri
to fidei: ⁊ aliaꝝ virtutū fuiſſꝫ deletū etiā p̄ter iuſticiā
3º redēptoris. Itē potētia gratie ad vincēdū peccatū
maior eſt q̄ꝫ potētia peccati: ergo ſi pctm̄ ſine alteriꝰ
adiutorio valet inficere aīam potētia gr̄e virtutū ſi/
ne alteriꝰ adiutorio expellere pctm̄ valebit: ergo ſine
gratia ⁊ iuſticia redimētis. Sol'o dicēdū ꝙ cōſen Sol'o
tiendū eſt rōnibꝫ primis q2 hoc dicūt ſancti inītētes
illi verbo Joh. 1. De cuius plenitudine oēs accepi/
mus gr̄am pro gr̄a. Et illi q̄ p̄ibāt ⁊ q̄ ſequebāť oēs
pariter clamabāt: Oſāna in excelſis: nō ꝓ originali
tm̄: ſꝫ etiā ꝓ oībus actualibꝫ. Ad primū aūt qđ ob Ad primū.
ijciť in cōtrariū dōm ꝙ aliꝰ modꝰ fuit poſſibilis: ſed
tñ impoſſibilis oīs ille modꝰ q̄ nō cōferret gr̄am ad
iuuatē cōtra peccatū ex iuſticia aliena: ſiue illa fuiſ/
ſet dei iuſticia ſiue alicuiꝰ ſatiſfacientis. Ad aliud Ad ſecūdū.
dōm ꝙ fides antiquorū ⁊ ſpes ⁊ alia bona efficatiā
traxiſſent tūc ab illo alio mō quicūqꝫ fuiſſet: ſꝫ quia
aliꝰ non fuit: iō trahebat efficatiaꝫ ab iſto: ſicut ſi ſol
nō eſſet cauſa diei: eēt aliud luminare qđ faceret diē
nō tñ eſſet vnq̄ꝫ poſſibile ꝙ mūdus illuminareť ex ſe
ipſo: ſed ꝙ habet ſufficiēs lumē ex q̄buſdā partibus
ſuis micātibꝫ: vt ſunt gēme vel q̄dā partes ignis: et
hoc mō iuſticia meritoꝝ chriſti fulget in virtutibus
ſanctoꝝ ſicut ſol in gēmis/ que magis rutilāt in pre/
ſentia ſolis: in abſentia aūt obtenebrāť. Ad aliud Ad tertiū
dōm ꝙ gratia eſt potētior: ſed nō habet potentiā illā
ꝙ deſtruat qđ ſm̄ aliquā rōnē eſt infinitū niſi cōiun
cta illi qđ ſm̄ aliquā rōnē eſt infinitū: vt merito chri
ſti qđ eſt meritū dei ⁊ homīs: ⁊ ꝙ peccatū diciť poſſe
inficere ſine adiutorio/ hoc nō eſt poſſe: ſed potiꝰ defi
cere: deficere em̄ pōt qđlibet per ſe corruptōe princi
pioꝝ cōſeruātiū: ſed nō ex ſe ita ꝑficere.

## An nō remittať peccatū niſi deo homīe ſatiſfaciente pro nobis. Arti. VII. H

Einde queriť de hoc qđ dicit ibi [Eramꝰ na
D tura filij ire natura ſcꝫ vt eſt deprauata] .s̄.f.
Ex hoc em̄ videť ꝙ ſi natura alicuiꝰ nō fuiſ/ Rō prima
ſet deprauata ꝙ illud potuiſſet ſatiſfacere ꝓ nobis ⁊
hoc ſupra ſepe improbatū eſt: q2 aut hoc eſſet creatu/
ra pura aut corporalis/ aut ſpūalis. Si corporalis
tūc eſſet vilior hoīe: ⁊ tūc homo redimereť: ⁊ ꝑ conſe
quēs ſubdereť viliori ſe: ergo ꝑ redēptionē nō recu/
peraret dignitatē quā amiſerat. Itē ſm̄ hoc dei pre 2ª
ſciētia q̄ p̄ordinauerat hoīem coequādū fore angelis
ſm̄ hoc fruſtrareť. Itē ſm̄ hoc iuſto p̄cio non eſſe/ 3ª
mus redēpti: ſed viliori q̄ꝫ fuit ablatū: q2 totū genus
humanū deo fuit ablatū: ⁊ offereť deo corpꝰ vnū qđ
eſt impoſſibile. Itē ſm̄ hoc infinita offenſa dei nō 4ª
eſſet recōpēſata: ergo in opere redēptiōis nō ſeruareť
iuſticia. Si autē fuiſſet creatura pure ſpūalis vt an
gelus. Cōtra maximū operū quo ad difficultatem 5ª
eſt offerre ſe ad p̄ciū ꝑ mortē: angelus autē eſt īmor/
talis ergo redimere nō poſſet. Itē nullus angelus 6ª
eſt adeo altꝰ cui p̄ferri vnꝰ purꝰ hō nō poſſet: ⁊ equa
ri plures: quoniā beata virgo p̄lata eſt oībus: ⁊ alij
aſſumi poſſunt ſm̄ ſortes angeloꝝ: ergo angelus cū
tota gr̄a nō valet vnū hoīem ⁊ equalet alij: ergo vt
meliꝰ nullus angelus ꝓ oībus hoībus poſſet offer/
ri. Itē cū ſit finite bonitatis ipſe infinitā offenſam 7ª
nō poſſet recōpenſare/ nec debitū honorē deo ꝓ pctō
exhibere. Alie etiā ſunt rōes ad hoc quas ſup̄ poſui/
mus. Si autē dicas ꝙ eſt cōpoſita creatura ex an/ 8ª
gelo ⁊ hoīe corporali ꝓꝰius ſequunť eadē incōueniē/
tia. Si vero dicas ꝙ potuit eſſe deꝰ purꝰ. Contra 9ª
deꝰ mereri nō pōt; q2 mereri eſt apud aliū ⁊ inferio/

riſ eſt mereri:ergo deus merēdo nō pōt ſatiſfacere.
Decima Itē de⁹ nulli debet nec ꝓ ſe nec ꝓ alio: ergo debi/
Undecima tū ꝑ alio nō reſtituet. Itē de⁹ nō eſt mediū int̄ ho/
minē ⁊ deū:ergo vt mediatoꝛ nō eſt vt recōciliās ⁊ ſa
Duodecia. tiſfaciēs. Itē de⁹ in cauſa hoīs eſt iudex:ergo non
pōt eſſe re⁹ vl̕ loco rei exhibere ſatiſfactionē. Ex his
ḡ ꝯcludit̄ ꝙ neceſſe ſit ꝙ ſit de⁹ ⁊ creatura:ergo aut
homo/ aut ali⁹ q̄ȝ homo .ſi homo/habeo ꝓpoſitū .ſi
ali⁹ q̄ȝ homo:ergo ſatiſfaciet q̄ nō debet ſatiſfacere:
ſed hoc nō eſt iuſtū:ergo non pōt fieri corā ſūme iuſto
deo:ergo neceſſe eſt ꝙ ſit de⁹ ⁊ homo. Itē mediato
Tredecia. rē neceſſe eſt habere naturā vtriuſqȝ extremoꝝ licet
mediet tm̄ in altera: vt habitū eſt in p̄cedēti di. ſatiſ/
faciēs aūt ꝓ nobis mediatoꝛ eſt:ergo neceſſe eſt ꝙ ha
beat naturā vtriuſqȝ: ⁊ dei. ſ. ⁊ hoīs: ⁊ hoc eſt qȯ intē
Arguit̄ in dimus. Sed cōtra oꝛiginale pctm̄ ꝑ alterū eſt cō/
oppoſitū tractū:ergo per alterū pōt fieri ſatiſfactio: nō eſt aūt
p̄imo ſic. per alteꝝ cōtractū q̄ fuit de⁹:ergo ꝑ aliū nō deū po/
2o teſt fieri ſatiſfactio vt videt̄. Itē videt̄ ꝙ de⁹ debu
it creare aliū adā q̄ in oēs iuſticiā redēptoꝛis trāſfū/
deret: ſicut ille iniuſticiā trāſfudit: qꝛ aliter non oīb⁹
3o videt̄ ꝓdeſſe iuſticia: ſicut oībus nocuit culpa. P̄ꝰ q̄
iuſticia eſt illa vt ꝓ peccato cui nūqȝ cōicam⁹ in opā/
do nec volēdo tāta exigat̄ ſatiſfactio quam nō poſſit
4o exſoluere niſi deus ⁊ homo. Item vbi eſt pꝛoba/
tum oꝛiginale eſſe in homīe vt talē opoꝛtet eū habe/
Solo re redēptoꝛē. Solutio dicēdū ꝙ pꝛimis rōnibus
ſtandū eſt ꝙ nō remittit̄ peccatū niſi deo ⁊ hoīe ſatiſ/
faciēte pꝛo nobis: licet ali⁹ modus fuerit poſſibilis.
Ad pꝛimū Ad id ergo qȯ cōtra obijcit̄ ꝙ oꝛiginale per alterū
obiectū. cōtrahit̄ qui pꝛincipiū eſt omniū: ⁊ ideo ꝑ alteꝝ non
ſoluit̄ niſi ⁊ ille pꝛincipiū ſit omniū: ſed non pōt eodē
mō eſſe: qꝛ mōſtruoſa natura eſt que vni⁹ rōnis habȝ
duo pꝛincipia. ſ. chꝛiſt⁹ pꝛincipiū efficiēs ſm̄ deitatē
⁊ influēs ꝑ modū meriti: ſed ab alio nō poſſȝ fieri: qꝛ
ille nō poſſet influere mēbꝛis cū nullo mō eēt caput
Ad ſecūdū. coꝛpoꝛis miſtici vt alibi dictū eſt. Ad aliud dicen/
dū ꝙ ſi feciſſet aliū adā eſſent duo pꝛincipia ſm̄ vnū
modū generatiōis materialis: ⁊ tn̄ ille nō influeret
gr̄am: qꝛ gr̄a nō influi pōt niſi ab eo q̄ eſt de⁹ ⁊ virtu
tis infinite: ⁊ ſm̄ ꝙ homo habȝ gratiā nō ad mēſurā
Replica qȯ nō cōueniret alicui q̄ pur⁹ homo eſſet. Si aūt
obijcias ꝙ ſm̄ hoc Adā ſi nō peccaſſet nō influxiſſet
gr̄am innocētie poſteris qȯ eſt cōtra Anſel. qui dicit
ꝙ ſicut trāſfudit oꝛiginale pctm̄: ita ſi ſtetiſſet tranſ/
Solo fudiſſet oꝛiginalē iuſticiā. Ad hoc dico ꝙ hoc nō fu
iſſet ex adā: ſed ex hoc ꝙ cōiūctio humane nature ad
deū nullo fuiſſet interrupta pctō: ⁊ ideo a deo ſemꝑ
fuiſſet influētia vtriuſqȝ vite. ſ. naturalis ⁊ gratie in
aīam ⁊ ab aīa in coꝛp⁹. Sed poſtq̄ȝ facta eſt interru
ptio nō potuit fieri influētia gratie hoc mō: ſed opoꝛ
tuit ꝙ eſſet ꝑ meritū ſatiſfactōis: ⁊ illud meritū non
influeret oībus qui rōnē mēbꝛi tm̄: ⁊ nō capitis vel
Ad tertiū pꝛincipij haberēt. Ad aliud dicēdū ꝙ licet volūta
te actuali ⁊ ꝓpꝛio opere nō cōicauerim⁹ peccato ade
in materia tamē coꝛrupta cōicam⁹ ex hoc ꝙ nati ſu/
mus ex ipſo ⁊ materia coꝛrupta coꝛrūpit animā ſm̄
infectionē culpe: vt ꝓbat̄ in. ij. lib. de trāſf uſiōe pec/
Ad quartū cati oꝛiginalis. Ad aliud dōm ꝙ ſigna expſſa ꝓ/
bant nos eſſe in peccato: hec autē ſigna ſunt pene nō
decētes dignitatē humane nature: vt irrōnabilitas
in infantia nature debilitas/pugna carnis ꝯtra ſpi
ritū/cōcupiſcētia/ignoꝛātia/erroꝛ ⁊ hm̄ōi quib⁹ nul
la rō dicit deū puniuiſſe hoīem niſi in pctō.

Utrū ſicut homo meruit inuadi ꝓ conſen Art. VIII
ſu: ita diabolus ꝓ fraude ⁊ mēdacio. D
Einde querit̄ de hoc qȯ dicit ibi [Peccantē
d peccati auctoꝛ illico inuaſit]. ſ̄. g. Uidet̄ ꝙ am
bo debebant inuadi a tertio: ſicut em̄ meruit
inuadi hō ꝓ cōſenſu ita diabolus ꝓ fraude ⁊ mēda/
tio ⁊ multo magis. Ad hoc dicēdū ꝙ ambos inua
ſit ſentētia iudicis cōdēnātis: ſed tamē debebat eo iu Solutio
re homo in poteſtatē diaboli trāſire: quia ſe illi ſpōte
tradidit permittēs ſe decipi vbi de facili deceptionē
cauere potuit: ⁊ hoc eſt qȯ intēdit.
Utrū modus liberatiōis humane fundet̄ Arti. IX.
ſuper vtilitate vel neceſſitate. I
Einde querit̄ de hoc qȯ dicit [Ideo autē po/
d tētia vincere voluit ⁊c.]. ſ̄. h. Hic em̄ inuit
ꝙ talis liberatiōis modus nō fuit neceſſari⁹
ſed vtilis hō qȯ videt̄ eſſe cōtra dicta Anſel. ⁊ etiam
cōtra ſupius ꝓbata. Ad qȯ dōm ꝙ ſicut dicit Tul
lius in lib. de amicitia licet vera amicitia fundet̄ ſu/ Solutio
per amoꝛē ⁊ nō ſuꝑ vtilitatē: habet tn̄ plurimas vti/
litates adiūctas ita dico hic iō ꝙ neceſſitas liberato
ris nō fundet̄ ſuꝑ vtilitatē: ſed ſuꝑ neceſſitatē vel hoc
vel alio mō: ſed tamē plurimas habet vtilitates ad/
iunctas quarū magr̄ partē tāgit hic ex verbis Aug.
⁊ quaſdā alias nō tāgit: impoſſibile autē eſt tangere
oēs: p̄cipue cū ſint vtilitates adiūcte circa quattuoꝛ
ſcȝ vt amoꝛē habeam⁹ iuſticie nō ptātis: vt exemplū
humilitatis ſue accipiam⁹ vt doctrinā fidei ⁊ pꝛudē
tie p̄dicationū eius obſeruem⁹: vt miraculis pluſqȝ
demōſtratiōib⁹ in fide roboꝛemur: vtilitates autem
paſſiōis infra in ſequēti parte m gr̄ exequit̄.

## De traditōe chꝛiſti q̄ facta dicit̄ a patre ⁊ a filio: a iuda et a iudeis.

Chꝛiſtus ergo eſt ſacerdos idēqȝ hoſtia: ⁊ p̄/
ciū noſtre redēptionis: q̄ ſe in ara crucis non ps. 109.
diabolo: ſed deo trinitati obtulit ꝓ oīb⁹ q̄n/
tū ad p̄cij ſufficiētiā: ſed ꝓ electis tm̄ quātū Eſa. 53.
ad efficatiā: qꝛ p̄deſtinatis tm̄ ſalutē effecit. a
De quo ⁊ legit̄ ꝙ ſit tradit⁹ a patre: ⁊ ꝙ ſeip̄ȝ b
tradidit ⁊ ꝙ iudas eū tradidit ⁊ iudei. Ipſe Rom. 8.
ſe tradidit: qꝛ ſpōte ad paſſionē acceſſit. Et Eph. 5.
pater eū tradidit: qꝛ volūtate patris imo to Mat. 26.
tius trinitatis paſſus eſt. Iudas tradidit ꝓ/ Luce. 24.
dēdo ⁊ iudei inſtigādo: ⁊ fuit act⁹ iude ⁊ iu/
deoꝛū malus: ⁊ act⁹ xp̄i ⁊ patris bon⁹. Op⁹
chꝛiſti ⁊ patris bonū qꝛ bona patris ⁊ filij vo
lūtas malū fuit op⁹ Iude ⁊ iudeoꝝ qꝛ mala
fuit intētio. Diuerſa fuerūt ibi facta ſiue opa
id eſt diuerſi act⁹ ⁊ vna res ſiue factū. ſ. paſ/
ſio ip̄a. Ideoqȝ doctoꝛes aliq̄n vniūt in facto
illo patrē filiū Iudā: iudeū aliq̄n diſiūgūt.
Reſpiciētes em̄ ad paſſionē vnū op⁹ illoꝛū
dicūt. Attēdētes intētiōis ⁊ act⁹ facta diuer
ſa diſcernunt. Un̄ Aug⁹: Facta eſt inq̄t tra/
ditio a patre: facta ē traditio a filio: facta eſt
traditio a iuda: vna res facta eſt. Quid ergo
diſcernit inter eos. Quia hoc fecit fili⁹ ⁊ pat̄

in charitate. Judas vero in ꝑditiōe. Uidētis q꞉ nō quid faciat homo: ſed qua volūtate conſiderandū eſt. Jn eodē facto inuenim⁹ deū quo iudā: deū bn̄dicimus: iudā deteſtamur: q꞉ deus cogitauit ſalutē noſtrā. Judas cogitauit preciū quo vēdidit dn̄m: fili⁹ preciū qđ dedit pro nobis. Diuerſa ergo intentio diuerſa facta facit: cū tamē ſit vna res ex diuerſis. Ecce vnā rē dicit ibi fuiſſe ꝛ diuerſa facta: q꞉ vna ibi fuit paſſio: ſꝫ diuerſi act⁹. Et actus quidē iude ac iudeoꝛū mali quib⁹ operati ſunt chꝛiſti paſſionē: que bonū eſt et opus dei eſt.

R Riſtus ergo ſacerdos ꝛ hoſtia ꝛc̄.] Hic incipit pars illa q̄ eſt de ope paſſiōis in quo cōſiſtit principale meritū chꝛiſti. Et habet duas partes: in quaꝝ pꝛima magiſter determīat oblationē ꝛ traditionē chꝛiſti qualiter facta eſt ab ipſo patre a iuda a iudeis ꝛ a gentibus. Jn ſecūda autē oſtēdit vtꝝ fuerit bona an nō ibi [Paſſio ergo chꝛiſti ꝛ op⁹ iudeoꝛū dicitur ꝛc̄.] e

Arti. X. An chꝛiſtus paſſus ſit pꝛo pꝛedeſtinatis ꝛ vtrū illis valeat paſſio chꝛiſti.

Arguit̄ pᵒ Ncidit autē dubiū pꝛimo de hoc qđ dicit p̄deſtinat̄ tamē ſalutē effecit] .ſ.a. Pꝛedeſtinati eñ habuiſſent ſalutē: etiam ſi ipſe nō fuiſſet i

2o paſſus: ergo videt̄ ꝙ fruſtra patiebat̄ ꝑ illis. Jtē videt̄ falſum ꝙ multi ſunt qui accipiunt pꝛeſentē iuſticiā ad remiſſionē peccatoꝝ: ꝛ hoc nō poſſunt facere ſine virtute ſacramētoꝝ in q̄bus operat̄ virt⁹ paſſionis chꝛiſti: ergo etiā p̄deſtinatis nō valet efficient̄ paſſio ſua vt videt̄.

Solutio ad ſecūdū. Solutio dicēdū ꝙ nō niſi p̄deſtinatis valet efficiēter: oīb⁹ autē ſufficiēter ita ꝙ efficienter dicat adeptionē gratie ꝛ glorie/ ꝓpter q̄ fuit gratia: nō eñ fuit tm̄ ꝓpter gratiā: ſed etiā ꝓpter gloriā: ꝛ ideo nō totū effectū efficit in his in q̄bus valet ad gratiā in p̄ſenti tm̄: ꝛ ꝑ hoc patet ſol'o ad ſecūdū.

Ad pꝛimū. Ad pꝛimū aūt dicēdū ꝙ p̄deſtinatū etiā erat hoc vt nō alio mō q̄ per paſſionē chꝛiſti liberarēt̄: ꝛ iō neceſſaria fuit paſſio. Uel pōt dici ꝙ etiā his q̄ fiūt in tēpore: vt orōnib⁹ fideliū p̄deſtinatio iuuat̄ nō ex parte p̄deſtinātis: ſed ex parte effect⁹ pꝛedeſtinationis q̄ eſt poſitio gratie.

Arti. XI. L An chꝛiſtus ꝛ quō ſit tradit⁹ in moꝛtē a patre ꝛ ab alijs q̄ in moꝛtē ei⁹ cōſenſerūt.

Arguit̄ pᵒ Einde querit̄ de hoc qđ dicit [De quo etiā legit̄ ꝙ ſit tradit⁹ a p̄re ꝛc̄.] .ſ.b. Si eñ tradere eſt in moꝛtē dare: tūc videt̄ ꝙ tradere ſonat in actionē occiſiōis xp̄i: ꝛ ita patri ꝛ xp̄o nō cōuenit. d

2o Si autē tradere eſt p̄ciū per moꝛtē patri exſoluere: tūc videt̄ ꝙ ſoli chꝛiſto ꝛ nō p̄ri cōuenit: ꝛ ita videtur falſum qđ hic dicit.

3o Jtē apl's Ro. 8. Qui etiā ꝓpꝛio filio ſuo nō pepcit: ſed ꝑ nobis oīb⁹ tradidit illū: ergo p̄ tradidit filiū in moꝛtem: qđ videt̄ ſonare crudelitatē p̄ris in filiū.

q̄ſtiūcula Redit igit̄ q̄ſtio adhuc vt dicat̄ ſm̄ quē modū differētē traditio iſta conueniat oībus illis q̄ in lr̄a dicunt̄ xp̄m tradere.

Sol'o Ad qđ dicendū ꝙ tradere eſt dare i moꝛtē ꝑut hic accipit̄. Eſt autē tradere dupl'r. ſ. vt mun⁹ dat̄: ꝛ vt dat̄ exhibitio ad aliud: qđ nō eſt mun⁹: q꞉ nō eſt dātis: ſꝫ datur alio mō. Pꝛimo mō p̄ tradidit filiū in moꝛtē vt donū in quo homo recōciliat̄: ꝛ chꝛiſt⁹ tradidit ſe i moꝛtē: ſed de⁹ pater tradidit filiū hoī in p̄ciū qđ ꝑ ſe offerrat: fili⁹ autē ꝓ hoīe tradidit ſe patri ꝑ moꝛtē ſatiſfaciēdo ꝑ hoīe. Traditio aūt q̄ exhibitio eſt ad īterficiēdū cōpetit iude vt ꝓditoꝛi. Judeo vt inſtigatoꝛi ꝛ accuſatoꝛi. Gētib⁹ aūt vt executoꝛi miniſterij iniquitatis.

Ad pꝛimū ꝛ ad aliud reſpondet. Ad pꝛimū ḡ dōm ꝙ pater tradidit filiū in paſſionē: ſed nō in actionē interficiēdū: ꝛ hoc faciūt act⁹ aīe ꝙ ſeparat ea q̄ ſm̄ naturā nō ſunt ſepabilia. Uñ cū tradere ſit velle moꝛi filiū voluit p̄ filij paſſionē: ſed nunq̄ȝ voluit actionē: ſed ꝑmiſit volētib⁹ iniq̄s: ꝛ hoc nō eſt crudelitas: ſꝫ miſericoꝛdia ſūma eo ꝙ moꝛs filiū nec afferre ſibi nec igloꝛiū coꝛā eo filiū facere poterat ꝛ alios poterat etiā ablatos reſtituere. ꝛ ꝑ h̄ patet ſolutio ad totū.

Arti. XII. M Utrū paſſio chꝛiſti poteſt dici bona ꝛ mala ex diuerſis circūſtātijs.

Arguit̄ pᵒ Einde querit̄ de hoc qđ dicit ibi [Reſpicientes eñ ad paſſionē vnū op⁹. i. paſſionē illoꝝ dicūt ꝛc̄.] .ḡ.c. Uidet̄ eſſe impoſſibile: q꞉ in natura nō pōt vna materia ſimul h̄re diuerſas foꝛmas ꝛ cōtrarias ḡ ꝛ ī motib⁹ vnū op⁹ nō p̄t infoꝛmari diuerſis ꝛ cōtrarijs circūſtantijs. d

2o Jtē ſm̄ h̄ vnū ꝛ idē eſſet optimū ꝛ peſſimū: op⁹ eñ patris ꝛ xp̄i nō p̄t eſſe niſi optimū: op⁹ autē iude ꝛ iudeoꝝ nō potuit eſſe niſi peſſimū in hoc facto.

Solutio ad totū. Sol'o diſtinguēdū eſt ꝙ eſt op⁹ oꝑans qđ eſt oꝑatio ipſa actio. ſ. ꝑut eſt ab agēte ꝛ in ipſo vt in ſubiecto: ꝛ eſt op⁹ oꝑatū. ſ. res cōſtituta ꝛ effecta ꝑ oꝑationē ꝛ actionē: ꝛ qđ dicit mḡr intelligit̄ de ope oꝑato ꝛ nō de ope oꝑante qđ peſſimū fuit: circa idē autē oꝑatū p̄nt concurrere diuerſe volūtates ꝛ oꝑatiōes bone ꝛ male: hoc eñ nō eſt incōueniēs: q꞉ circūſtātie nō referunt̄ ad op⁹ oꝑatū: ſꝫ ad op⁹ operans: ꝛ ideo nō ponunt̄ cōtrarie foꝛme in eodē: ꝛ ꝑ hoc patet ſolutio ad totū.

## Qđ chꝛiſti paſſio dicitur op⁹ dei et iudeoꝛū et quō.

Paſſio ergo chꝛiſti ꝛ op⁹ dicit̄ iudeoꝛū: q꞉ ex actib⁹ eoꝝ ꝓuenit ꝛ op⁹ dei: q꞉ eo auctoꝛe. i. eo volēte fuit. Uñ Aug⁹ Nemo aufert aīaȝ xp̄i ab eo q̄ ꝓtātē habet ponēdi ꝛ ſumēdi eā. Ecce habes auctoꝛē opis. Ponet aīam. Ecce habes op⁹ auctoꝛis. Et vt generaliter cōcludā: quotiēs in carne xp̄s aliq̄d patit̄ op⁹ auctoꝛis eſt: q꞉ eñ ſua volūtate nō alio cogēte ꝓpetit̄: ipſe auctoꝛ eſt opis. Cū aūt paſſio xp̄i op⁹ dei ſit: ꝛ iō bonū eaq̄ȝ operati ſint Judas ꝛ iude i: q̄rit̄ an ꝯcedēdū ſit eos oꝑatos ibi eſſe bonū. Hic diſtinguendū eſt. Pōt eñ dici ꝙ oꝑati ſūt bonū: q꞉ ex actib⁹ eoꝝ bonū ꝓuenit. i. paſſio xp̄i: ꝛ itē ꝙ oꝑati nō ſunt bonū: ſꝫ malū: q꞉ actio eoꝝ n̄ fuit bona ſꝫ mala. e

Arti. XIII. N An paſſio chꝛiſti ſit dicēda bona.

Arguit̄ pᵒ Einde q̄rit̄ de hoc qđ dicit circa finē [Queritur an ꝯcedēdū ſit eos oꝑatos eē ibi bonū.] .ſ.a. Uidet̄ eñ ꝙ xp̄i paſſio ſimpl'r ſit dicēda bona: q꞉ oē op⁹ virtutis eſt bonū: moꝛs aūt xp̄i fuit op⁹ foꝛtitudis ꝛ charitat̄ xp̄i: ḡ ſimpl'r paſſio illa di- d

cēda eſt eē bonū qđdā. Itē q̄d diceꝛ ſimpl'r bonū ſi paſſio xp̄i ſm aliq̄d bona nō ſimpl'r bona diceret a q̄ oē bonū noſtrū emanauit: ergo videꝛ ꝙ nō ſit diſtinguēdū vt mgr̄ dicit. Sed cōtra paſſio eſt illata ab alio: oē aūt laudabile a nobis eſt nō ab alio: ḡ paſſio chriſti ex ſe nō eſt laudabilis vt videꝛ. Itē ꝛ opus iudeorū eſt paſſio ꝛ opꝰ iude ꝛ gētiliū: ergo eſt peſſima. Itē Boe. in thopi. Cuiꝰ gn̄atio bona eiꝰ corruptio mala: ſed gn̄atio chriſti in vita optima erat: ḡ eius mors erat peſſima: ergo dicēda eſt mala abſolute ſine diſtinctiōe. Sol'o dđm ꝙ mors chriſti abſolute ꝛ ſine diſtinctōe optima dicēda eſt q̄ttuor rōnibus. Quaꝝ vna eſt qꝛ p̄cipue virtutis erat ſūmū/ vt fortitudinis q̄ ꝑ pħm p̄cipua eſt virtꝰ ꝛ maxime in chriſto illiꝰ virtutis ſūmū qđ attingere p̄t mors eſt/ ſicut etiā ipſe dicit: maiorē hac dilectionē nemo habet q̄ȝ vt aīam ſuā ponat q̄s pro amicis ſuis. Alia rō fuit: qꝛ ſi p̄cioſa eſt ī cōſpectu dn̄i mors ſanctorū eiꝰ p̄cioſiſſima eſt mors chriſti ꝛ precio plena: ſicut dicit pſ̄. Nō dabis ſanctū tuū videre corruptionē. notas mihi feciſtis vias vite adimpleb me leticia cū vultu tuo delectationes in dextera tua. i. in eq̄tate tua ſm deitatē ꝛ in potioribꝫ bonis ſm humanitatē vſq; in finē. Tertia cauſa eſt vtilitas totiꝰ redēptiōis in genere hūano: ſic̄ diciꝛ Oſee. 13. O mors ero mors tua morſus tuus ero inferne. Quarta cauſa eſt honeſta cauſa moriēdi: poſuerūt em̄ ſuꝑ caput eiꝰ cauſam illius ſcriptā: Jeſus nazarenꝰ rex iudeoꝝ. i. hec ē mihi cauſa moriēdi ꝙ ſum ſaluator florēs gr̄a ꝛ virtute redēptiōis rex cōfitētiū ꝛ glorificātiū deū.

tu īnocētie adā nō p̄ſciuit nec p̄credidit vt ita dicā ſu
um caſū: ſꝫ ſi nō cecidiſſet nō fuiſſet opꝰ redēptore nec
mediatore: ergo nihil tenebaꝛ credere de mediatore
ḡ ſufficiebat credere ꝙ deꝰ eſt ⁊ ꝙ remūerator eſt q̄rē
tiū ſe: qꝛ eadē rō ē ꝺ articul' q̄ ſꝛ ꝺ mediatore ⁊ ꝺ alĳs

5° Jtē in ſtatu poſt peccatū nō erat ꝓbia apta necre
uelatio quā nos ſciamꝰ: ergo cū articulus ſit ſuꝑ rō
nē nō tenebat̄ in illū moueri rō ſine reuelatiōe: ḡ vi-
detur ꝙ ſufficiebat tūc credere ea que dictabat na-
6° tura ſola vt videt̄. Jtē ponamꝰ ꝙ alicui nulla fa-
cta ſit reuelatio: ⁊ faciat ea que dictat ius naturale
⁊ ſimꝰ in tp̄e legis moyſi vel naturalis: cōſtat ꝙ il-
le ſaluabit̄: qꝛ dīc apl's ꝙ iudicabit id qđ ꝑ naturā ē
ꝑputiū ꝯſumāſte q̄ ꝑ lrāȝ ⁊ circūciſiōȝ ꝑuaricatores
cū igit̄ nūc nō dictet aliq̄d de mediatore qđ nō opꝫtet
In ꝯtrariū credere niſi illa duo que dictat rō. Sed cōtra hoc
ſunt rōnes est qđ dicit̄ in littera ꝑ plures auctoritates vbi ꝓba
prima. tur ꝙ oportuit habere fidem mediatoris. Jtē ad
2ª ſaluationē egri oportuit ꝑcognoſcere morbū ⁊ mor
bi qualitatē. morbi aūt q̄litas talis fuit / vt probat
Anſel. ꝙ nō potuit ſatiſfacere ꝓ ipſo niſi deꝰ ⁊ hō: ḡ
3ª oportuit credere liberatorē ⁊ mediatorē. Jtē oīs q̄
ſaluabant̄ a principio cognoſcebāt ſe nō ꝓprijs me-
ritis: ſȝ gratia dei ſaluādos: cū ergo nulla gratia ſit
niſi ꝑ Jeſum chriſtū: ſicut dicit̄ Joh. 1. Gratia ꝑ Je-
ſum chriſtū facta ē oportuit credere ſaluatorē eſſe vē
Solo turū ⁊ ꝓ hoīe ſatiſfactuꝝ. Sol'o bene videt̄ mihi
hoc neceſſariū ⁊ veꝝ ꝙ a principio ſtatꝰ peccati non
fuit vnq̄ȝ aliq̄s saluꝰ ꝑ grām niſi ꝑ fidē mediatoris.
Sed eſt mediatorē cōſiderare dupl'r. ſ. in particula
ri ſm̄ ſacr̄a q̄b⁊ mediauit vel vl'iter ſm̄ quecūq̄ȝ me-
diare vellet: ⁊ primo mō videt̄ mihi ſm̄ mgr̄m Hu.
qui hoc exp̄ſſe dicit ꝙ nō tenebāt̄ explicite credere an
tiqui: ſed mō ſecūdo oēs. Primo aūt mō ſoli illi q̄-
bus facta eſt reuelatio: ⁊ alij q̄ ab illis fuerūt inſtru
cti: dūmō inſtructionē illoꝝ intelligere potuerūt: in
ſtatu autē innocētie videt̄ mihi ꝙ Adā noticiā clario
rē habuit q̄ȝ nos: ſed de deitate tm̄: ⁊ q̄ ꝑtinēt ad eter
nā diſtinctionē ꝑſonarū: ſed nō in his q̄ ꝑtinēt ad re-
Ad primū. cōciliationeȝ factā ꝑ xp̄m. Dōm ergo ad primū ꝙ
hoc ſufficit accedēti ad deū ſed cū dr̄ qꝛ eſt nō credo ꝙ
ſupponat̄: qꝛ eſt in vl'i tm̄: qꝛ hoc inueſtigat̄ rōne tm̄
vel naturali cognitiōe: ſed qꝛ eſt determinatū in qui
buſdā articulis determinatis a reuelatōe: ⁊ cū dr̄ ꝙ
inquirētib⁊ ſe remunerator eſt h̄ facit ad ſpem ⁊ amo
Ad ſcđm et rē. Ad aliud dōm ꝙ qꝛ eſt in vl'i ſimpl'r nō ſuffecit
tertiū. oſtēdere finē hoc mō quo tēdit̄ in ip̄m ꝑ fidē: ſed opor
tet ꝙ in aliq̄b⁊ diſtinctōib⁊ articuloꝝ ſpecificet̄: quia
em̄ eſt nō mouet ad aliq̄d: qꝛ nō mouet cognitio ī vl'i
Ad quartū ſed in particulari diſtinctio cuiꝰ cognoſcit̄ ꝓprietas.
ꝑ hoc etiā patet reſpōſio ad ſequēs. Ad aliud ꝑus
reſponſum eſt: qꝛ qđ ade ſufficiebat nō ſufficit ei qui
ſcit ſe in pctō eſſe ⁊ nō poſſe curari per ſeip̄m: tn̄ ego
nō credo ꝙ adā ī primo ſtatu tm̄ crediderit: qꝛ eſt in
vl'i: ſed potiꝰ credidit quoſdā articulos: licet nō cre-
Ad quintū deret actu illos q̄ ꝑtinebāt ad mediatorē. Ad aliđ
dōm ꝙ ſupponebat falſum: qꝛ dīc mgr̄ Hu. quoniā
ſtatim ſigna curatiōis ꝑ oblationē chriſti a principio
mūdi ceperūt manifeſtari: ⁊ ꝑ cōſeq̄ns reuelatio fie-
ri: vt in hoſtia abel: ⁊ deinceps in oībus: ⁊ hoc tāgit
apl's ad Heb. 11. dicēs: Fide plurimā hoſtiā abel q̄ȝ
Cayn obtulit dn̄o ⁊ ꝑ illā defūctꝰ adhuc loquebat̄.
Ad ſextū. Ad aliud dicūt cōit̄ ꝙ impoſſibile eſt ꝙ aliq̄s fue-
rit qui qđ in ſe erat ſufficiēter ad ꝑparādū ſe fecerit ⁊
reuelationē a deo: vel ad doctrinā ab hoīb⁊ inſpira-
tis vel ſignū mediatoris nō accepit ⁊ puto ꝙ h̄ verū
eſt ꝓpter dei ꝓuidentiā oībus bona prouidentē equa
liter: ⁊ omnibus exhibentē dūmodo parati ſumus
recipere.

An fidei poſſet ſubeſſe falſum: ⁊ vtꝝ fidei Arti. III
ſubeſt verū neceſſariū. C

Tertio q̄rit̄ vtꝝ fidei poſſet ſubeſſe falſū: Ui- Arguit̄ ꝑo
det̄ aūt ꝙ ſic: qꝛ fides fuit de mediatore: ⁊ di
cit Augꝰ ꝙ aliꝰ modꝰ fuit poſſibil' nr̄e miſerie
ſanāde: ſȝ nullus ꝯuenietior det̄ ꝙ aliꝰ euenerit tūc
fidei falſū ſb̄fuit: ḡ nec eſt neceſſariū euenire qđ credi
tur. Jtē cōiter obijcit̄ de Abraā q̄ credidit ſe imo- 2°
latuꝝ filiū: ⁊ nō fecit: ḡ credidit falſū: ḡ fidei ſue falſū
ſubfuit. Jtē volūtati pōt ſubeſſe falſū ſic apl's vo- 3°
luit ire ad hyſpanos ⁊ nō fecit: ḡ ⁊ fidei p̄t falſū ſub-
eſſe. Jtē ſpei pōt ſubeſſe falſū: qꝛ multi ſperāt ſe ha 4°
bituros vitā eternā: ⁊ tn̄ nūq̄ȝ habebūt: ḡ fidei etiā
poterit ſubeſſe falſum. Jtē ponamꝰ ꝙ aliq̄s ſacer- 5°
dos in miſſa eleuet hoſtiā aliquā nō cōſecratā in tp̄e
⁊ loco qn̄ cōſecrata eleuari dȝ tūc aſtātes credūt eſſe
cōſecratā: ⁊ falſū eſt: ḡ fidei p̄t ſubeſſe falſum. Sed In ꝯriū ꝓ
cōtra dicit ph̄s ꝙ virtꝰ eſt arte certior: ſȝ arti nō ſub- v̄itate p̄ma
eſt falſū: ḡ nec virtuti: ḡ nec fidei. Jtē fides ī via eſt 2ª
de his de q̄b⁊ eſt viſio in p̄ria: ⁊ viſiōi nō p̄t ſubeē fal
ſum ergo nec fidei. Jtē fides eſt aſſil'atio ad primā 3ª
veritatē ⁊ prime veritati nō p̄t ſubeſſe falſum: ḡ nec
fidei. Jtē v̄itas diuina eſt ſuꝑ oēm v̄itatē oīs ſciē- 4ª
tie: ſȝ adherēs veritati ſcite nūq̄ȝ incidit in falſum: qꝛ
falſum nō ſcit̄: ḡ multo minꝰ adherēs fidei. Jtē fi- 5ª
des eſt argumētū ⁊ cōuictio reꝝ nō apparētiū veriſſi
maꝝ: tn̄ ipſa eſt certior nobis q̄ȝ diuina natura que
supponit̄ in articul': ſȝ in ſciētijs ſecularib⁊ argumēti
rō ⁊ ꝑncipiū nūq̄ȝ eſt de falſo: ḡ ml'to minꝰ fides: ḡ fi
dei nō p̄t ſubeſſe falſū. Sȝ tūc vlteriꝰ q̄rit̄ vtꝝ fi- Queſtiūcu
dei ſubſit veꝝ nccāriū vl' cōtingēs: videt̄ autē ꝙ con la ſecūda
tingēs: qꝛ. j. lib. tractatu de oīpotētia ꝓbat̄ qm̄ ꝯtin Arguit̄ ꝑo
gēs ſequit̄ cās inferiores ⁊ nccāriū ſil'iter: qꝛ alit̄ oīa ꝙ ſic.
eēnt neceſſaria: remitti aūt pctā qđ credit̄ in articu-
lo vno depēdet a volūtate eiꝰ cui remittunt̄: ḡ nō eſt
neceſſariū: ergo fidei ſubiacet cōtingēs. Jtē alius 2°
modꝰ fuit poſſibilis nr̄e liberationi: ḡ iſte nō fuit ne-
ceſſariꝰ: ſȝ potuit nō eē: ḡ fidei ſubeſt cōtingēs. Sȝ In oppoſi-
cōtra ſi ꝯtingēs ſubiacet fidei: ⁊ qđ cōtingit eſſe ꝯtin tū.
git nō eſſe: vt dicit ph̄s cōtingit ergo alit̄ q̄ȝ credit̄: ḡ
fidei ſuberit falſum qđ eſt īpoſſibile: ḡ fidei nō ſubeſt
niſi veꝝ neceſſariū vt videt̄. Sol'o dōm ꝙ fidei nō Solutio.
ſubeſt niſi īmutabilit̄ veꝝ: nō tn̄ nccāriū: ⁊ h̄ iđ qꝛ ſi
cut diximꝰ in q̄ſtiōe de ꝑdeſtinatōis neceſſitate: alia
eſt neceſſitas ordīs q̄ eſt īmutabil' euētꝰ ꝯn̄tis ſi an̄s
ſupponit̄: ⁊ ſi ꝯn̄s mutat̄ tūc nūq̄ȝ fuit an̄s: ſȝ ꝯn̄s in
ſe ſit cōtingēs: ita dicimꝰ h̄ ꝙ fides eſt de īmutabilit̄
v̄o: ſi em̄ fides eſt đ aliq̄ illđ īmutabil'r eueniet: ſȝ tn̄
nō erit ī ſe nccāriū: ⁊ ſi nō eueniet tūc fides nūq̄ȝ fuit
de illo. Ad primū ergo dōm ꝙ fides fuit de media Ad primū.
tore. ⁊ h̄ dato ꝙ fidēs fuit de h̄ īmutabil'r euenit me
diatorē fieri. Et qđ Augꝰ dīc ītelligit de h̄ dicto me-
diatorē fore in ſe cōſiderato. Aliter ſoluūt q̄dā ad ho
minē nō ad rōnē. Obijcit̄ ei ſic: Abraā credidit me
diatorē fore hoc eſt dictū de p̄terito veꝝ eſt: ḡ neceſſa
ceſſariū: ḡ ꝯtingēs eſt neceſſariū. ſ. mediatorē fore di
cūt: ḡ ꝙ dictū illđ depēdebat đ futuro: ⁊ iđ n̄ ſeq̄t̄ re
gulā ⁊ nccītatē p̄teritoꝝ: ⁊ h̄ nihil ē qꝛ n̄ fit ī p̄terito:
ſȝ ī ordīe fiđi ad creditū. Un̄ alij al'r dicūt ꝙ. ſ. abraā
nō credidit mediatorē fore: ſȝ mediatorē eſſe futuꝝ.
Aliđ ei eſt rē eē futurā: ⁊ aliud rē fore: qꝛ cū dr̄ res eē
futura nō notat̄ niſi ordo ī diſpōne cauſe maṫial' ad
exitū quēdā q̄ expectat̄ in futuro: ⁊ ille ordo eſt / ſiue

res fuerit ſiue nō. dicit enim phꝰs in lib. de genera-
tiōe ⁊ corruptiōe ꝙ futurꝰ quis incedere nō incedet.
Cū autē dicit mediator erit tūc notat extrema illiꝰ
ordinis poni in futurū: ⁊ ita poſſunt nō euenire ordi
ne ipſo manēte. Hec autē ſolutio tenet bene in ꝯtin-
gētibꝫ de futuro/in qbꝫ nō notat ordo virtute locu-
tiōis niſi ad cauſas inferiores: ſed in fide ⁊ pdeſtina-
tiōe notat ordo illūinatōis diuine ad futura q̄ illu-
minatio certa eſt ⁊ ī extremis ordīs eritꝰ futuroꝝ ⁊
in ordinatiōe ipſa: vn̄ etiā non credidit Abraā tm̄ ꝙ
chriſtꝰ eſſet futurꝰ: ſed ꝙ chriſtus incarnabit ⁊ de ſe-
mine ſuo: vnde patet ꝙ ſol'o illa nō tenet. Sed priꝰ
dicta ſolutio eſt rata ⁊ cōis. Per hoc etiā ptꝫ ſol'o ad
Ad ſecūdū. oīa ſil'ia ſi obijciant. Ad aliud dōm ꝙ nō fuit illud
credere fidei quo credidit ſe abraā imolatuꝝ filiū: ſꝫ
potiꝰ opiniōis obedīēdi illi bene pōt ſubeſſe falſum.
Ad tertiū ⁊ quartū. Ad aliud ſequēs dicēdū ꝙ illa nō faciūt ad ꝓpoſi-
tū: q2 volūtatis ⁊ ſpei nō eſt obiectū ꝓpriū ⁊ verū nec
oppoſitū falſum: ſicut fidei ⁊ iō volūtas apl'i q̄ cau-
ſabat ex humana opiniōe fruſtrari poterat in voli-
to eo ꝙ opinio nō euenit. Sil'it ſpes que dicit expe-
ctationē future beatitudinis nō habet obiectū verū
nec oppoſitū falſū: ſꝫ pt fruſtrari a btitudine expecta
ta nō a defectu ſpei: ſꝫ a defectu ſperātis q̄ nō cōtinu
Ad quintū at vitā bonā vſqꝫ ad mortē ſic iudas. Ad aliō dōm
ꝙ ad h̄ ſupra fuit reſpōſum di. x. de adoratiōe: q2 cō
ditio vel ſupponit vel apponit ex parte adorātis: q̄a
ſit rite celebratū: ⁊ tūc ſemꝑ eſt verū tm̄ nihil eſt ad ꝓ
poſitū: q2 hoc credere quo credere dico hāc hoſtiam
cōſecratā nō eſt actꝰ fidei ſed opiniōis.

## Arti. IIII. D An articulus dicat ab eo ꝙ artat: ⁊ vtrum artat explicite vel implicite.

Ro prima Quarto querit cū articulus dicat eo ꝙ artat
ad credēdū vtrū artat ad explicite credendū
vel implicite: Videt autē ꝙ ad implicite cre-
dendū primo ꝑ auctoritatē: nō em̄ tenet homo crede
re qð nll'o mō īnotuit intellectui qui eſt quid ē qð di
citur ꝑ ſermonē de quo ſuꝑ habitū eſt q̄ precedit om̄e
credibile: ſed qð ignorāt etiā angeli nullo mō inno-
teſcit hoī: ſꝫ Eſa. 63. ſuper illud: Quis eſt iſte quive
nit de edom: dicit ſic glo. Hie. aꝑte declarat ꝙ q̄dā
angeli donec ꝑficeret myſteriū incarnatiōis ad ple-
2a nū nō cognouerūt. Itē Ephe. 3. Vt īnoteſcat pn-
cipibꝫ ⁊ ptātibus in celeſtibꝫ ⁊c. igit videt ꝙ nec ho-
3a mo tenebat illud ſcire explicite. Itē Chryſ. in. iij.
omel' ſuꝑ Iohānē: Mltū honorati ſumꝰ ꝙ nobiſcū
4a angeli ꝑ Iohānis vocē didicerūt. Item ſuꝑ illud:
Colligite fragmēta ne pereāt: dicit glo. Fragmēta
ſunt ſacra myſteria q̄ cōis ppl's capere nō pōt: ergo
videt ꝙ nō explicite artat quilibet ad credēdos arti
5a culos. Itē Eph. 3. Que ſit diſpenſatio myſterij a
ſeculis abſcōditi dicit glo. i. celati ab omniū ſeculoꝝ
creaturis: ⁊ exiſtētis in ſola noticia dei. Itē ꝑ rō-
6a nē ſic: In demōſtratiōe ſcibiliū cōtingit aliquid ſci-
re implicite in vl'i qð tamē dubiū eſt in particulari ſi
cut ſcimꝰ in vl'i omnē triāgulū habere duobꝫ rect'
equū tres angulos: ⁊ tm̄ poſſum dubitare de hoc li
gneo triāgulo. vtꝝ habeat tres duobꝫ rectis eq̄les:
ergo multo magis hoc fieri pōt in fide que tota eſt ſu
7a pra rationē. Itē ſi diceret articulus iō artare ad
credēdū: q2 artat explicite iā multi dānati eēnt ⁊ dā-
narent adhuc hodie q̄ neſciūt articuloꝝ diſtinctōes.
8a P fm hoc etiā alia q̄ articuli artarēt ad credēdū:
q2 ita dicit Heb. 11. Fide intelligimꝰ aptata eē ſecu-
la verbo dei vt ex inuiſibilibꝫ viſibilia fierēt. Itē 9a
fide moyſes natꝰ occultatꝰ eſt tribꝫ mēſibꝫ ⁊c. Et fi-
de raab meretrix nō perijt cū īcredulis ⁊ hmōi mul
ta q̄ nō ſunt articuli: ⁊ tm̄ ſub fide tanq̄ ꝯſequētia fi-
dē accipiunt: ergo videt ꝙ nō artet aliqs ad explici
te credēdū. P hoc dicit in lr̄a in ſecūda pte iſtiꝰ di- 1a
Jn ꝯtrariū ſtinctiōis. Sed cōtra dicit Boe. ꝙ malū nō euita
tur niſi cognitū: ſed q̄libet tenet vitare infidelitatē ꝯ
quēlibet articulū: ergo tenet explicite ſcire quēlibet
Itē ad Gal. 5. Teſtificor aūt rurſus oī homi circū 2o
cidēti ſe quoniā debitor eſt vniuerſe legis faciēde: er
go a ſil'i ſuſcipiēti fidē neceſſariū ē credere vniuerſos
articulos explicite. Itē ſi ſufficeret īplicite crede- 3o
re oīpotentē ⁊ redimentē quocūqꝫ veller mō/tūc oēs
phi ⁊ multi heretici habuiſſent fidē implicitā: ſꝫ hoc
falſum eſt: ergo exigit fides explicita. Itē leui. 14. 4o
de emūdatōe leproſi dicit: Offerat ꝓ emūdatōe ſua
ſextariū olei: ⁊ dicit gloſa ꝙ ſextariū olei eſt mēſura
fidei in qua ſi plus eſt effundit: ſi minꝰ deficit: ḡ tene
tur offerre totā menſurā articuloꝝ. Itē Deut. 27 5o
precipit moyſi ꝙ lucide ⁊ aperte legē ſcribat ſuꝑ lapi
des: ⁊ dic̄ glo. ꝙ lapides ſunt layci: ergo lucide ⁊ di
ſtincte tenent credere articulos. Itē fides eſt ex au 6o
ditu: auditꝰ autē per verbū chriſti: vt dicit Ro. 10.
Auditꝰ aūt oīa explicat: ⁊ ſil'iter verbū dei nihil im-
plicite ꝓponit: ergo videt ꝙ fideles etiā explicite de-
bent credere. Itē nos videmꝰ ꝙ layci capiunt et 7o
examinant de articulis fidei occultiſſimis: ⁊ ſi inue-
niuntur aberrare ⁊ neſcire relinquunt ꝓ hereticis ḡ
videt ꝙ tenent explicite ſcire ⁊ credere. Itē pona- 8o
mus aliquā vetulā ſimplicē ⁊ piā habentē reueren-
tiā ad ſuū paſtorē d̄ quo nihil mali ſcit/audire ab ipo
ſuo paſtore hereſim ⁊ credere: iō q2 putat eē credēdū
q̄cquid ille dicit. nūq̄d dicemꝰ eā dānari ſi morit ī ta
li ſtatu: vel ſi cōphendit nūq̄d erit cremāda ꝓ hereti
ca: videt ꝙ nō q2 ignorātia excuſat a toto Si aūt di
cas ꝙ ſic: ḡ ipſa tenebit ſcire articulos explicite: etiā
indocta ab alio: q2 ſi doceri debet a ꝓprio paſtore do
ceri eā oportebit. Itē charitas eſt de diligēdo deo 9o
⁊ ꝓximo: ⁊ oportet cognoſcere diſtincte vtrūqꝫ: ḡ cū
ſil'iter ſe habeat fides ad articulos: videt ꝙ fides di
ſtincte debet ſcire articulos. Sol'o ſine piudicio di Sol'o
co ꝙ neqꝫ an̄ aduētū neqꝫ poſt ſine reuelatōe diuina
⁊ doctrina tenet explicite ſcire articulos ſed implici-
te ſed hoc ſuppoſito certiſſime nihil dubitādū ꝙ reue
latio fit eccleſie ⁊ ſemꝑ facta eſt eccleſie: ⁊ q̄cūqꝫ tales
ſunt illi vocant maiores: q2 ab illis alij ſunt inſtruē
di: ⁊ hoc alit fit mō alit antiq̄tꝰ. Antiquitꝰ eī fiebat
ad manifeſtationē articuloꝝ illa reuelatio: ſꝫ modo
fit ad expoſitionē eoꝝ: q2 oēs ſunt declarati q̄s opor
tet credi. Simplices igit an̄ aduētū ⁊ ſimplices pꝰ
aduētū nō tenent ſcire explicite: ſꝫ nec īplicite niſi in-
q̄ntū docti ſunt a maioribꝫ ⁊ intellectu ꝑ doctrinā ꝑ
cipe potuerūt: ſꝫ illi q̄ pceſſerūt minꝰ tenebāt ꝓpt do
ctrinā vmbroſam q̄ tūc erat: iſti autē plus ꝓpter do-
ctrinā vitatis aptā. Dōm ḡ ad primū qð cōtra h̄ Ad primū.
obijcit ꝙ Boe. dicit veꝝ: ſed eſt cognitio duplex: ſcꝫ
explicita ⁊ īplicita: non em̄ oportet me cognoſcere oē
malū in particulari: ſed tm̄ ipm ſub cōſilio ſapiēt' .ſ.
ſi aliqð occurrat incertū an ſit malū recurrā ad ſapi
entē: ⁊ iudicio illiꝰ vitabo: ita in fide ſi noua doctria
ꝓponat recurrā ad ſacerdootē ⁊ iudicio illiꝰ credā
vl' n̄ credā. Ad aliō dōm ꝙ debitor ē vniuerſe fidei Ad ſecūdū.

Ad tertiū īplicite ita ꝙ nihil oīm diſcredat. Ad aliō dōm ꝙ
pħi ⁊ heretici ñ crediderūt īplicite niſi qꝛ diſcredide
rūt: implicite aūt credēs nullū diſcredit articulū: li-
Ad quartū cet explicite neſciat. Ad aliud dicēdum ꝙ mēſura
Ad quintū implet̃ nō diſcredēdo aliquē vt dictū eſt. Ad ali-
ud dicendū ꝙ hoc cautū eſt vt ſepe ⁊ lucide explanet̃
laycis: ſed hoc pt fieri mō in tēpore gratie: ⁊ tñ quia
aliquē ſenſum habēt nō tenet̃ ita explicite intellige-
re ſic explanat̃ eis: qꝛ ipſi recipiūt explanationē ſm
ſuā poteſtatē intelligēdi: ⁊ nō ſm volūtatē explanā-
tis: ante aduētū nō poterat fieri niſi ꝓut tēpus tunc
ꝑmiſit. ſ. in vmbra ⁊ typo: ⁊ illi minꝰ tenebāt̃ ꝙ̃ iſti.
Ad ſextū. Ad aliud dicendū ꝙ licet fides diſtincte in auditu
recipiat̃: tñ a ſimplici id qđ audit̃ non intelligit̃ niſi
Ad 7m ſub inuoluto ⁊ nō diſtincte: ſicut priꝰ dictū eſt. Ad
aliud dicendū ꝙ nō relinquent̃ layci ꝓ hereticis ꝓ-
pter illud ꝙ nō diſtinguere ſciūt quoſdā articulos:
ſed qꝛ ꝑtinaciter eis cōtradicūt / qñ exponunt̃ eis: h̃
eñ fieri nō poſſet niſi iā infidelitatē ab hereticis rece
piſſent cōtra articulū: ſi eñ iō cōburerent̃: qꝛ neſci-
unt diſtinguere articulos vel explicare ipſi inquiſi-
tores cōburēdi eſſent: qꝛ nec ipſi multū bene ſciunt.
Ad octauū Ad aliud dicēdū ꝙ ibi dubie in caſu illo reſpōdēt
doctores: ſed tamē oēs ꝯcordāt ꝙ mortaliter peccāt
diſcredendo articulū pertinaciter. Si autē dubitat
parata emēdare dicūt ꝙ eſt tēptatio humana. vnde
quidā dicūt ꝙ ſi fecerit pietatis opibꝫ inſiſtēdo quic
quid poterit ꝙ deꝰ illā illuminabit ꝙ nō ſit illi ſacer
doti credēdū in tali doctrina. Si autē nō fecerit q̃c-
quid pōt / tūc ſibi cauſam ſue cecitatis imputet: ſꝫ qꝛ
hec reſpōſio ſuper incertū fundat̃ / cuius nullā poſſu
mus inuenire rationē: iō alij aliter dicunt ꝙ ſi eſt de
aperto articulo qui in eccleſia ſolēniſat̃ tūc debet ex-
aminare apud alios vtrū ita dicat̃ cōmuniter: qꝛ fi-
des nō eſt vniꝰ: ſed cōmunis: ⁊ tūc inſtrui pōt: ſi au-
tē eſt de occulto aliquo vt fornicationē nō eſſe pecca-
tū vel corpꝰ chriſti nō eſſe in altari: ſed ſignificari nō
debet hoc recipere qđ ſupra vires ſuas eſt niſi ſub cō
ditione ſi hoc credat vniuerſalis eccleſia ⁊ debet re-
manere in fide implicita: p̃cipue cū eſt de corpore xp̄i
qꝛ de fornicatiōe etiā turpitudo actꝰ ſatis oſtēdit ei
ꝙ mortale peccatū eſt. Tamē iſte caſus ſepiꝰ in con-
feſſiōibꝫ occurrit ꝓpter libidinē ſacerdotū: hoc q̄buſ-
Ad nonū dā mulieribꝫ perſuadentiū. Ad vltimū dicendū ꝙ
nō eſt ſimile de charitate: qꝛ charitas nō querit rōnē
ſed obiectū tm̄: ⁊ nō diſtinguit: qꝛ non diligit ꝓrimū
niſi materialit̃: fides aūt ꝑmixta eſt cuidā cognitiōi
⁊ intellectui: ⁊ ad illū nō oēs ſufficiūt.

Arti. V

## An fides pōt creſcere cognitiōe.

E Einde querit̃ de his que dicunt̃ in littera ibi
D [Fides quidem magna dicit̃ cognitiōe. ſ. a.
Arguit̃ p̄o Hoc eñ videt̃ eſſe ꝯtra p̄determinata vbi di
2o ctū eſt ꝙ nō creſcit q̄ntitate articuloꝝ. P̄ penes q̄d
3o attendit̃ nūerꝰ iſtiꝰ quātitatis fidei? Itē nūq̄d cō
cedēdū eſt eq̄lit̃ eē magnā fidē in oībꝫ articulis vl̃ nō
videt̃ ꝙ nō: qꝛ quidā articulus eſt de deitate: ⁊ q̄dā
de humanitate: ⁊ maior eſt deitas ꝙ̃ humanitas: ḡ
4o maior eſt articulus de deitate ꝙ̃ de hūanitate. Itē
videt̃ ꝙ aliq̄d traditū ſit qđ nō eſt articulus qđ ma-
ximū ⁊ difficilimū eſt ad credēdū: vt corpꝰ chriſti eſſe
ex trāſſubatiōe panis ⁊ vini: ergo videt̃ ꝙ fides non
tm̄ magna ſit articuloꝝ quātitate: ſꝫ etiā alioꝝ / que
q̄ſtiūcula. nō ſunt articuli: ſed adiūcta articulis. Ulteriꝰ q̄-
ritur hic: ſi corpꝰ chriſti eſſe in altari nō eſt articulꝰ
ſub q̄ cōtinet̃ ſicut adiūctū p̄ncipali? Uidet̃ ꝙ ſub oī 5o
potētia faciēte oīa qꝛ dicit Amb q̄ſi rōnē reddēs quō
eſſe nō poſſit qđ magnū eſt ſi ſermo xp̄i naturā panis
in corpꝰ ſuū conuertit q̄ de nihilo oīa creauit. Itē 6o
videt̃ ꝙ adiūgit̃ articulo paſſiōis: qꝛ ita dixit apl̃us
1. Coꝝ. 11. Quotieſcūq̄ꝫ mādūcabitis panē hūc ⁊ cali
cē dñi bibetis mortē dñi annūciabitis donec veniat
Et ipſe dñs Mat. 27. Hoc facite in meā cōmemo
rationē. Sed videt̃ adhuc ꝙ reducat̃ ad illū ſan- 7o
ctā eccleſiā catholicā ſāctoꝝ cōiōnē: qꝛ ille panis col-
lectus de m̄ltis granis puriſſimis ſignat vnitatē ec
cleſie collectā de ꝑſonis fideliū vt dic̄ apl̃s ⁊ Augꝰ. 8o
Ite hoc videt̃ oſtēdere nomē: qꝛ latine cōmunio ⁊
grece ſynaxeos vocat̃ / eo ꝙ cōmunicat in pane vite
fidelis. Sol̃o dōm ad primū ꝙ quātitas articuli Sol̃o ad primū.
nō dicit̃ hic quo ad numeꝝ qui creſcat vel decreſcat:
ſed potiꝰ quo ad quātitatē dignitatis quā q̄libet ha
bet. ꝑ hoc ꝙ ſubijcit̃ ei prima veritas nec mḡr h̃ enu
merat ꝙ in oībus his creſcat: ſed ad oſtendēdū in q̄
bus creſcit ⁊ in q̄bus nō creſcit. Ad aliud dicendū Ad ſecūdū.
ꝙ iſta ſumunt̃ penes quattuor que ſunt in fide. Eſt
eñ fides cōſiderata in ſe: ⁊ ſic dicit̃ magna articulo-
rū quātitate: qꝛ magni ſunt qui nihil habēt niſi ho-
neſtū verū ⁊ diuinū: ⁊ ſic nō eſt de legibꝫ aliaꝝ natio
nū que credūt turpia falſa ⁊ demōiaca. Ex parte au
tē credētis fides eſt in corde ⁊ in cōfeſſiōe oris ſicut
dicit apl̃s: Corde credit̃ ad iuſticiā: ore autem con-
feſſio fit ad ſalutē. Ex parte cordis quo ad intellectū
⁊ affectū ſm intellectū creſcit cognitiōe ⁊ hoc ad af-
fectū deuotiōe: penes cōfeſſionē autē cōſtātia p̄dica-
tionis ⁊ audacia cōfitēdi corā regibꝫ ⁊ principibus.
Ad aliud dicēdū ꝙ quo ad ſubiectū articulorū qđ Ad tertiū
eſt prima veritas: ⁊ quo ad mouēs ad credēdū qđ ite
rū eſt prima veritas: ⁊ quo ad finē qui iterū eſt eadē
veritas equalis eſt fides in oībus articulis: ſed quo
ad hoc penes qđ attēdit̃ articuloꝝ diuerſitas qđ eſt
quaſi cōnotatū in quo veritas hoc mō ⁊ nō alio exp̄
mitur meo iudicio nō eſt equalis: ⁊ hoc dupliciter.
Quidā eñ dignioribꝫ exprimunt̃ ꝙ̃ alij vt ꝓbat ob
iectio. Quidā aūt minꝰ repugnāt rōni ꝙ̃ alij: ⁊ iō in
illis fides minor eſt: ſicut maior eſt fides in deū eſſe
trinū ⁊ vnū ꝙ̃ in vnū deum eſſe. Ad aliud dōm ꝙ
Ad quartū cū q̄ſtiūcula ⁊ ad 6m. corpꝰ chriſti eſſe in altari: ⁊ fieri de pane ⁊ vino meo
iudicio adiūgit̃ paſſiōi: qꝛ eadē hoſtia nūc imolat̃ / q̄
tūc imolabat̃: ⁊ ibi meliꝰ memoria iterat̃ qđ ſemel ꝓ
oībus factū eſt. Ad id autē qđ obijcit̃ de oīpotētia Ad quintū
dicēdū ꝙ oīpotētia quodāmō eſt ꝓbatio oīm articu
loꝝ: vñ etiā angelus articulū incarnatiōis ad beatā
virginē ſic ꝓbauit dicēs: qꝛ non erit īpoſſibile apud
deū oē verbū: ⁊ iō illa obiectio nō ꝯcludit. Ad ali Ad 7m ⁊ octauū
ud dōm ꝙ cōio ſanctoꝝ ē effectꝰ illiꝰ ſacramēti: ⁊ nō
reducit̃ ad ip̄m vt ad adiūctū ſibi ⁊ ideo dicit̃ cōio: ⁊
qꝛ ſacramētū eſt ſimilitudo eiꝰ cuius eſt cauſa: ideo
etiā habet ſimile aliquid cū illa.

## Que ante aduētū chriſti de mediatore credere ſufficiebāt.

Sed q̄rit̃ cū ſine fide mediatoris antiq̄s non
fuerit ſalus ſicut nec modernis: vtrum opor-
tuerit illos credere oīa illa đ mediatore que
nūc credimꝰ. Quibuſdā videt̃ ꝙ ſuffecerit il a
lis quattuor tm̄ credere. ſ. natiuitatē: mortē
reſurrectionē: aduentū ad iudiciū: qđ ex p̄-

miſſis verbis Augu. colligūt vbi iſta q̄ttuoꝛ
poſuit. Alijs aūt videꝛ habita fide trinitatꝭ
id de myſterio incarnatōis fidei ſuffeciſſe vt
dei fili⁹ crederet naſcitur⁹ de hoīe ⁊ iudica⸗
b turus: q̇ de Johāne baptiſta documētū hui⁹
rei aſſumūt: q̇ de moꝛte chꝛiſti ⁊ deſcenſu ad
inferos in euāgelio dubitaſſe videꝛ ſm expo
ſitionē Grego. qñ interrogauit ꝑ diſcipulos
Mat. xi. Tu es q̇ vētur⁹ es an aliū expectam⁹? Qua
Luc. 7. ſi diceret: es tu ꝑ teip̄m deſcēſurus ad infer⸗
nū an aliū ad hec ſacramēta miſſur⁹ es. Qui
dā tñ dicūt eū nō dubitaſſe de ignoꝛātia: ſed
de pietate. i. dubitare ſe oñdiſſe: nō q2 igno⸗
rauerit: ſed pietatis affectu cōpaſſum eē xp̄o
⁊ ei⁹ humilitatē āmirādo inſinuaſſe.

Arti. VI. An antiqui tenebanꝛ de mediatoꝛe crede
f re oīa q̄ nūc credim⁹ aut ſufficiebat eis cre
dere q̄ttuoꝛ tm̄ ſcꝫ natiuitatē moꝛtē reſurre⸗
ctionē ⁊ aduentū ad iudiciū.

Einde queriꝛ de hoc qđ dicit ibi [Quibuſdā
d videꝛ ꝙ ſufficeret illis q̄ttuoꝛ credere. ſ. nati⸗
uitatē/ moꝛtē/ reſurrectionē ⁊ aduentū ad iu
Arguiꝛ p̄o diciū ⁊c.]. ſ̄. a. Videꝛ eīm vna rō de oībus eſſe: er⸗
Queſtiūcu go ſm oēs poterāt credere implicite ſm nullū. Itē
la ſecūda queriꝛ vtꝝ nūc etiā iſti quattuoꝛ debēt magis expli
3ª cite credi a ſimplicibꝫ q̄ꝫ alij. Itē queriꝛ quare illi
Solutio poti⁹ q̄ꝫ alij. Ad hoc dōm ꝙ ex quo fuit moꝛbꝫ ad
ad p̄mū ⁊ ſalutē exigebaꝛ moꝛbi cognitio: ⁊ ꝑ cōſequēs libera
tertiū. toꝛis natiuitas; ⁊ ideo exigebaꝛ credulitas aduēt⁹
liberatoꝛis meo iudicio implicite ſine ſpecificatione
modi niſi in illis q̇bus data fuit de ſpāli mō reuela⸗
tio: vel qui doctrinā ab illis receperūt p̄ſentia aūt li⸗
beratoꝛis nō poterat eſſe liberatio: vt ſup̄ ꝓbatū eſt
niſi ꝑ ſatiſfactionē ꝓ nobis: ⁊ iō implicite exigebatur
credulitas moꝛtis implicita. ſatiſfactione autē credi
ta exigebaꝛ neceſſario vt cōſequēs ꝑ effectū reſtitu⸗
tio beatitudīs ꝑdite que fit implicite credēdo reſur⸗
rectionē ⁊ penā tantā ſalutē cōtēnentiū que fit vlte⸗
rius ꝑ aduentū ad iudiciū: q2 igiꝛ iſti q̄ttuoꝛ cōſeq̄n⸗
ter ſe habēt circa redēptionē: iō iſtos q̄ttuoꝛ ampli⁹
credere opoꝛtuit. Et ꝑ hoc pꝫ ſolō ad p̄mū ⁊ tertiū.
Ad ſecūdā. Ad ſecūdū dōm ꝙ etiā mō: q2 iſta ſolēnizanꝛ ⁊ fre
quenti⁹ p̄dicanꝛ meo iudicio in eo q̇ fuit aliquo tem
poꝛe chꝛiſtian⁹ exigiꝛ vt iſti q̄ttuoꝛ explicite credanꝛ
⁊ nō ſufficit fides implicite niſi foꝛte in aliquo adul⸗
to nouiter cōuerſo.

Arti. VII. An verū ſit Johānē dubitaſſe de deſcenſu
g chꝛiſti ad inferos ſm expoſitionē Grego.

Einde queriꝛ de hoc qđ dicit ibi [Qui de Jo
Arguiꝛ p̄o d hāne baptiſta documētū hui⁹ rei aſſumūt ⁊c.]
ſ̄. b. Hec ei opinio videꝛ eē heretica q̄ ad h̄ ꝙ
in ſymbolo expꝛimaꝛ ī parte articuli quē poſuit tho
2º mas. Deſcēdit ad inferna tertia dei reſurrexit a moꝛ
tuis. Itē Anſel. in lib. de ꝓceſſiōe ſpūſancti dicit
3º ꝙ neceſſariū ad ſalutē eſt credere deſcēſum ad infe⸗
ros. Itē oēs expoſitoꝛes p̄ter ſolū Grego. cōcoꝛ⸗
diter dicūt ꝙ Johānes de hoc nō dubitauit ꝓ ſe: ſed
geſſit moꝛē diſcipulis inuidētibꝫ chꝛiſto ⁊ dubitāti⸗
bus: ⁊ hoc apparet. q2 de hoc dñs nihil reſpōdit ſi ꝑ
ſe vel ꝑ aliū deſcēſurus eſſet ad inferos: ſed poti⁹ oſtē
dit diſcipulis argumēta ſue deitatis: ⁊ hoc accipitur
etiā ex Johāne tertio vbi multis ꝑſuaſiōibꝫ oſtendit
Johānes diſcipulis q̄liter ipſe minui deberet: xp̄us
autē creſcere: q2 q̇ de celo venit ſuꝑ oēs eſt. Solu⸗ Solutio
tio ego puto ꝙ temeritas ſit dicere Johānē dubitaſ⸗ ad totū.
ſe ⁊ initiū hereſis manicheoꝝ qui dicūt eū dubitaſſe
⁊ ideo eū eſſe dānatū: vñ excuſo Grego. dicētē hoc ꝙ
potuit dubitare de mō deſcenſus ꝓpter diſcipulos q̇
nō potuit dubitare de hoc ꝓpter ſeip̄m: ⁊ ideo miſit
moꝛiturus diſcipulos emulos chꝛiſti vt viſu cōfun⸗
derenꝛ ⁊ chꝛiſto adhererent.

## De fide Cornelij.

Solet etiā queri de coꝛnelio: vtrū fidē incar
natiōis habuerit: cū dictū eſt ei per angelū: Act. 10.
accepte ſunt elemoſyne tue: ⁊ exaudite ſunt
oꝛōnes tue. Si eīm fidē incarnatiōis nō habe
bat tūc ergo ſine fide incarnatiōis erat ei iu⸗
ſticia: q2 de illo ſcriptū ē ꝙ iuſt⁹ erat ⁊ timēs
deū. Si vero fidē incarnatiōis habebat: q̇d
ergo miſſus eſt ad eū petrus? Sane dici pōt
eū ſicut fidē vnitatis: ita ⁊ incarnationis ha⸗
buiſſe dei reuelationē: ſed incarnatū iaꝫ eſſe
dei filiū ignoꝛaſſe: ⁊ ideo miſſus eſt ad eū pe
trus vt iā natū dei filiū ei annūciaret: ⁊ ſacra
mētū regeneratiōis ei cōferret. Habebat er⸗
go fidē incarnatiōis: ſed an facta vel futura
eſſet: nō nouerat: ⁊ ita ꝑ fidē venit ad opera
⁊ ꝑ opa ampli⁹ ſolidat⁹ eſt in fide. Per fidē
eīm vt ait Grego. veniꝛ ad opera Coꝛnelius
etiā per fidē venit ad opa. Deū eīm vnū cre⸗
debat: ſed filiū ei⁹ neſciebat incarnatū. Per Heb. 11.
fidē placuerūt deo opa eius. Sine fide enim
impoſſibile eſt aliquē placere deo. Aug⁹ ve
ro dicit Coꝛnelio dictū eē per angelū: Acce
pte ſunt elemoſyne tue ⁊ oꝛōnes tue anteq̄ꝫ
in chꝛiſtū crederet: nec tñ ſine aliqua fide do
nabat ⁊ oꝛabat. Nā quō inuocabat in quem
nō credebat. Sed ſi poſſet ſine fide chꝛiſti eē
ſalus: nō ad eū mitteretꝛ architectus eccleſie
Petr⁹. Attēde q̇d ait ſine fide chꝛiſti nō poſ
ſe eē ſalutē: ⁊ tñ Coꝛneliū exauditū añq̄ꝫ cre
deret in chꝛiſtū. Qō ita poteſt itelligi ſcꝫ an
teq̄ꝫ ſciret chꝛiſtū incarnatū in quē credebat
in myſterio.

An Coꝛnelius cēturio ante aduētū ad pe Arti. VIII.
trū habuit fidē incarnationis. h

Einde queriꝛ de Coꝛnelio vbi dicit [Solet
d etiā queri de coꝛnelio ⁊c.] Hoc p̄cipue ꝓpꝛ Arguiꝛ p̄o
verba Augu. que habenꝛ in lr̄a: videꝛ eīm fi⸗
des eſſe pꝛima veritas: vt ſup̄ di. xxiij. habitū eſt er⸗
go nō per miſicoꝛdiā venit ad fidē: ſed poti⁹ ꝑ fidem
ad miſericoꝛdiā. Itē nō oꝛaret in quē nullo modo 2º
crederet vt ibidē dicit Aug⁹ ergo videꝛ falſum ꝙ pe
trus miſſus fuit vt doceret eū fidē. Si foꝛte tu di⸗ Solo
cas ꝙ habuit fidē implicitā: ſed petr⁹ explicuit/ et h̄

nihil eſſe videt̃ cũ Corneliꝰ fuerit de maioꝛibꝰ ⁊ expli
Solutio ad totum. citã debuerit hẽre fidẽ. Solꝰ puto ꝙ Corneliꝰ ha
buerit fidẽ explicitã ſed tñ ĩplicita ſuffeciſſet ei: q2 nõ
erat de maioꝛibꝰ niſi ſm dignitatẽ pſonatꝰ nõ de ma
ioꝛibꝰ in reuelatiõe/fides aũt explicita quã habuit fu
it de xp̃i incarnatiõe relata ad qđ cũq3 tẽpus vt ſup̃ di
ximus/⁊ iõ miſſus eſt petrus eccl'ie architectꝰ vt de
termiaret ei articulũ quẽ explicite credidit ad certã
tp̃is differẽtiã ne ampliꝰ expectaret venturũ quẽ ipſe
petrus doceret veniſſe/⁊ ita ĩtelligo Aug. q dicit miſ
ſum petrũ q inſtrueret ad fidẽ. i. ad fidei determiatio
nẽ nõ articuli explicationẽ. et hec determiatio vt ſup̃
diximus accidit fidei in illa pte in q̃ eſt per auditũ.

## De equalitate fidei ſpei charitatis ⁊ opis que ſm aliq̃d ſũt eq̃lia.

Illud etiã nõ eſt p̃termittendũ ꝙ fides ſpes
charitas ⁊ opatio ſm aliq̃d equalia ſũt in p̄
ſenti. Vñ Grego. Fidẽ: ſpem: charitatẽ atq3
opationẽ dũ in hac vita viuimꝰ equales ſibi
eſſe apud nos inuenimus: q2 q̃tũ credimus
tantũ amamꝰ: ⁊ q̃tũ amamus tantũ de ſpe p̄
ſumimꝰ. Quiſq3 eñ fidelis tantũ credit q̃tũ
ſperat ⁊ amat: ⁊ tm̃ opat̃ q̃tũ credit ⁊ amat ⁊
ſperat. Sed tñ maioꝛ ſpe ⁊ fide charitas di
cit̃: q2 cum ad dei ſpeciẽ puenit̃ ſpes ⁊ fides
tranſit: ſed charitas pmanet. Et q2 charitas
mater eſt omniũ virtutũ: q̃ nõ ideo poſt fidẽ
⁊ ſpem ponit̃ ꝙ ex eis oꝛiat̃: ſed q2 poſt illa re
1. Coꝛ. 13. manebit aucta. Charitas eñ nunq3 excidit.
Premiſſa aũt eq̃litas ꝓpe ſm ĩterioꝝ actuũ
intentionẽ cõſiderãda eſt. Huic vo qđ hic et
ſuperius dictũ eſt ſc3 ꝙ charitas nõ eſt ex fide
⁊ ſpe: ſed ecõuerſo. videt̃ obuiare qđ ait apl's
1. Timo. 1. Finis p̄cepti eſt charitas de coꝛde puro ⁊ cõ
ſciẽtia bona: ⁊ fide nõ ficta qđ exponẽs Aug.
coꝛ accipit ꝓ intellectu ⁊ cõſcientiã pꝛo ſpe.
Qualis inq̃t charitas eſt finis p̄cepti ꝓcedẽs
de coꝛde puro. i. de puro ĩtellectu vt nihil ni
ſi deus diligat̃: ⁊ cõſciẽtia. i. de ſpe bona: ⁊ fi
de nõ ficta. i. ſimulata. Non ergo charitas fi
dem ⁊ ſpem: ſed fides ⁊ ſpes charitatẽ p̄cede
re vident̃. Hoc ergo ea rõne traditũ intellige
nõ ꝙ fides ⁊ ſpes cauſa vel tp̃e charitatẽ oĩm
bonoꝝ matrẽ p̄cedant ſed q2 charitas ſine il
lis in aliquo eſſe nõ põt: ſed illa ſine charita
te poſſunt eſſe: q̃uis nõ ſit pia fides vel ſpes
ſine charitate: Ideo ergo ex fide ⁊ ſpe ꝓcede
re dicit̃ charitas q2 nulli ꝓuenit ſine iſtis.

Arti: IX. An fides ſpes ⁊ charitas in p̃nti ſũt eq̃lia.
I Einde querit̃ de hoc qđ dicit in vltio capl'o
D ibi [Illud etiam nõ eſt p̄termittendũ ꝙ fides
Arg. pꝛimo ſpes charitas ⁊ opatio ⁊c.] Hoc eñ nõ videt̃
q2 multo plus credimꝰ q̃3 amemꝰ: q2 nihil eſt qđ nõ
2o credimꝰ ⁊ tñ amoꝛ deficit. Item in naturalibꝰ mo
tibus nõ eſt neceſſe ꝙ ſemp̄ amemus qđ amandũ eſſe
cognoſcimꝰ: ergo nec in ſpũalibꝰ eſt neceſſe ꝙ hoc ame
mus qđ credimus eſſe diligendũ. Si foꝛte tu di Solꝰ
cas ꝙ hoc qđ dicit̃ hic intelligit̃ de ip̃is habitibꝰ q ſil'
infundunt̃ ⁊ continent̃ in gr̃a gratũ faciẽte/hoc nihil Obiectio.
eſſe videt̃ q2 opatio nõ ſimul infundit̃ cũ illis ſed ſeq̃t̃
ea ſicut cauſatũ ex illis. Itẽ in lr̃a etiã dicit̃ ꝙ p̄miſ 3o
ſa eq̃litas ꝓpꝛie ſm actuũ interioꝛũ intẽtionẽ ꝯſidera
ta eſt: g̃ videt̃ ꝙ oĩm fere ſolutio nulla eſt dicentiũ ꝙ
hoc intelligitur penes habituũ ſpiritualẽ quãtitatẽ.
Si ꝓpter hoc diceretur ꝙ nõ eſſet verum qđ dicitur Solꝰ
hic. hoc eſt contra dicta ſanctoꝝ: ⁊ hic ⁊ Apocal. 21. Obiectio
vbi dicit ꝙ latera ciuitatis equalia ſũt ⁊ dicit glo. ꝙ ſecunda.
latera ſunt fides/ſpes/⁊ charitas/⁊ opatio. Item 4o
infuſa vna v̄tute infundunt̃ oẽs ꝓpter gratiã a qua
nulla ſepatur q2 q̃libet eſt pars illa virtualis: g̃ ꝑ ean 5o
dẽ cauſam aucta vna augent̃ oẽs: g̃ ſunt eq̃les. Itẽ
ſi omnibꝰ accidit iſta equalitas quare magis ponit̃ h̄
de tribꝰ illis q̃3 de aliis. Itẽ Greg. in omel. pẽthe 6o
coſtes dicit ꝙ charitas magna opat̃ ſi eſt/ſi aũt deſi
nit opari charitas nõ eſt: ergo videt̃ ꝙ etiã opatio ſeq̃
tur q̃ntitatẽ charitatis. Solutio dõm ꝙ iſta eq̃li Solꝰ
tas dupl'r attendit̃. ſ. ſm habitus ⁊ tũc eſt inter tres
virtutes ⁊ ſm actus ⁊ ſic excedit q̃rtũ qđ eſt opatio.
S3 dupl'r põt attẽdi opatio. ſ. ſm relationẽ ad id qđ
infoꝛmat eã ⁊ elicit. Si pꝛimo mõ ꝯſideret̃ actus nõ
puto eſſe verũ ꝙ opatio vnius virtutis eq̃lis ſit opa
tioni alterius nec ꝙ opatio eiuſdẽ v̄tutis ſemp̄ ſit ſm
totũ poſſe eiuſdẽ virtutis: q2 cõtingit feruẽtius dili
gere q̃3 charitas magna ſit in coꝛde ⁊ cõtingit minus
feruẽter diligere q̃3 ſit charitas in coꝛde. Si aũt cõſi
derat̃ relata opatio ad id qđ infoꝛmat eã cũ h̄ ſit gr̃a:
tunc dico ꝙ eq̃lis eſt q2 minoꝛ opatio in genere opa
tionis maioꝛi gr̃a ⁊ charitate infoꝛmata plus valet
ad ſubſtãtiale meritũ vite eterne q̃3 maioꝛ cũ minoꝛe
charitate infoꝛmãte ⁊ eliciẽte. Dicendũ g̃ ad pꝛimũ Ad pꝛimũ
ꝙ illa obiectio ꝓcedit de opatiõe cõpabili ad liberũ ar
bitriũ qđ miniſtrat actũ. qđ q2 diuerſimode ſe habet
in deuotiõe ⁊ triſticia ſicut hõ nunq̃3 in eodẽ ſtatu p
manet: ideo etiã actus differẽtes ſũt ſed in compatiõe
ad gratiã elicientẽ ⁊ infoꝛmantẽ ſunt eq̃les. Ad ali Ad 2m.
ud dicendũ ꝙ nõ eſt ita in naturalibꝰ affectionibꝰ: q2
ille nõ vniunt̃ in vno ſic virtutes in gr̃a/⁊ ex illa vnio
ne eſt ꝙ aucta vna augent̃ oẽs ⁊ ꝙ equales ſunt oẽs.
Ad aliud dicendũ ꝙ bene cõcedo ꝙ nõ intelligit̃ de Ad id qđ eſt
habitibꝰ tm̃ ꝙ hoc accidit omnibꝰ virtutibꝰ ſed ſpẽali ꝯ p̄mã ſolu
ter attribuit̃ iſtis: q2 iſte ſole theologice ſunt ⁊ imedia tionem.
te in deũ tendũt ⁊ oẽs alias quaſi cõducẽdo in deum
dirigũt ad quẽ refert̃ omne nr̃m opus. Ad aliud di Ad alia
cendũ ꝙ intelligit̃ dictũ Grego. ſm cõparationẽ actus obiecta.
ad habitũ infoꝛmantẽ ⁊ nõ ad liberũ arbitriũ agens
Notandũ tñ ꝙ quidã de facili ſe expediũt dicentes ꝙ
nõ intelligit̃ equalis in ſpecie ſ3 tm̃ in genere vt ſi vna
ſit magna ⁊ alia ſit magna ⁊ ecõtrario ſed nõ ꝙ tanta
per equalitatẽ ſed nõ ſtat ſolutio quia equalitas expꝛi
mitur in lr̃a per tantũ ⁊ quantũ vt patet inſpiciẽti.

## De ſpe quid ſit.

Eſt autẽ ſpes virtus Di: XXVI. De ſpe.
c qua ſpiritualia ⁊ etñã bona ſpe
rant̃. i. cũ fiducia expectant̃. Eſt a
eñ ſpes certa expectatio future
beatitudĩs veniẽs ex dei gratia ⁊ meritis p̄
cedentibus vel ip̃am ſpem quã natura pꝛeit
charitas vel rem ſperatã id eſt beatitudinẽ

b eternā. Sine meritis eīn aliquid ſperare nō
ſpes ſed p̄ſūmptio dici poteſt.

A Et autē ſpes virtus qua ſpūalia ⁊ eterna
c bona ſperanť ⁊c.] Habito tractatu de fi/
de tāgit hic in vna diſtinctiōe de ſpe de q̄ de
terminat dupl'r ſcꝫ in ſe ⁊ ex ꝑte ſperātis ibi
Poſt hec ſupeſt inueſtigare ⁊c.] In ſe aūt tangit tria
de ſpe ſcꝫ q̄d ſit ⁊ in quo cōuenit cū fide ibi [Et ſicut fi
des ita ⁊ ſpes] Tertio ī quo differt a fide ibi. [Diſtin
guiť tñ fides a ſpe] ⁊ ex hoc patet diuiſio: ſentētia pla
na eſt in littera.

## Arti. I. An ſpes ſit in genere virtutis.

Incidūt aūt ante lrām tres queſtiōes quarū
i prima eſt an ſpes ſit in genere ꝟtutis. Scdo
ſuppoſito ꝙ ſit virtus: queriť vtrū virtus ſe/
parata ab alijs quibuſdā virtutibꝫ vel cōiuncta illis.
Tertio queriť in qua vi aīe ſit ſpes ⁊ q̄s ſit actus eiꝰ
Arguiť p̄o ⁊ obiectū ⁊ finis. Videť aūt p̄mo ꝙ ſpes nō ſit vir
tus ſic ab Oratio ⁊ Tullio ⁊ quibuſdā alijs phis po
niť ſpes vna quattuor naturaliū paſſionū: nulla aūt
2o paſſio eſt virtus: ğ ſpes nō eſt ꝟtus. Itē oīs ꝟtus
determinatū habet actū ⁊ obiectū: ſpes aūt nō habet
hec determīata: ğ ſpes nō eſt virtus. Prima ꝓbať in
ducēdo ī ſingulis. Scda ꝓbať ꝑ hoc ꝙ expectare nō
dicit actū ſm oꝑationē ſed īmobilitatē potius ſm lo
cū: obiectū aūt ſpei eſt qđcūqꝫ bonū expectatū in futu
3o rū: ergo ſequiť cōcluſio ꝙ nō ſit virtus. Itē phs in
vij. phice. ponit remēorationē de p̄terito ſicut ſpes de
futuro eſt: cōſtat aūt ꝙ remēoratio nō eſt virtus ergo
4o nec ſpes. Item in numero paſſionū naturaliū non
opponunť penes differentiā tꝑis ſed penes obiectū
ſpes ⁊ timor: qꝛ ſpes eſt de futuro bono / timor de fu/
turo malo: conſtat aūt ꝙ timor nō eſt ꝟtus ğ nec ſpes
5o vt videť. Itē Aug. dicit ꝙ aīa ſm mentē eſt imago
dei hñs imaginē ſm potentiā intelligēdi ⁊ ſſ'itudinē
in potētia diligēdi: ğ videť ꝙ mentis nō ſint niſi due
vires: ğ due ꝟtutes tm̄ ꝑficiētes ſed in potētia cogno
6o ſcēdi deū ꝑficiť a fide: in potentia aūt diligēdi a chari
tate: ğ videť ꝙ ſpes nō ꝑficiat ſm ordinē in deū: ğ nō
eſt ꝟtus theoligica ⁊ cōſtat ꝙ nō cardinalis: ğ nullo
Sol'o modo eſt ꝟtus. Si forte dicas ꝙ potētia affectiua
eſt bifurcata ⁊ vna ꝑs eiꝰ afficit bonū ⁊ illā ꝑficit cha/
Obiectio ritas q̄ diciť cōcupiſcibilis. alia autē ꝑs deteſtať ma/
lū ⁊ illā ꝑficit ſpes. hoc nihil oīno videť eſſe: qꝛ q̄libet
vis eſt ſui obiecti appetitiua ⁊ deteſtatiua cōtrarij: ğ
penes hec nō accipiunť due vires nec due virtutes.
7o Itē oīs ꝟtus eſt de difficili ⁊ bono: ſpes aūt nō eſt
ſic: ğ nō eſt virtus. Probatio medie eſt qꝛ nihil diffi/
8o cultatis habet expectare. Itē virtꝰ eſt bona q̄litas
mētis q̄ recte viuiť / q̄ nemo male vtiť quā deus oꝑať
in nobis ſine nob / hāc aūt q̄ dꝛ ſpes nō oꝑať in nob ſi
ne nobis ğ nō eſt virtꝰ. Probatio medie ē ꝙ ſpes eſt
9o ex meritis vt dicit mgr̄ in lrā. Itē ſi aliq̄d eſt ſpes
in aīa videť eē mercēnaria ⁊ ita carens rōne meriti qꝛ
expectat retributōeꝫ cū igiť oīs ꝟtꝰ ſit meritoria ſpes
10 aūt nō videť eſſe virtꝰ. Ulteriꝰ videť nō eſſe ꝟtꝰ the
ologica ꝟtꝰ ei theologica nō ē mediū inť ſuꝑfluū ⁊ di
minutū: ſpes aūt eſt mediū inter ſuꝑfluū ⁊ diminutū
ğ nō eſt virtꝰ theologica. Probať aūt prima ꝑ h̄ qđ
ſup̄ habitū eſt de fide ꝙ fides innitiť p̄me ꝟitati ꝓpter
ſe ⁊ ſuꝑ oīa / ⁊ ſup̄ hoc nō eſt cogitare aliquē exceſſum.
11o Itē de charitate dicit Bern. in li. de diligēdo deo.
Cauſa diligēdi deū deꝰ eſt / ⁊ modus ſine mō dilige/
re vltra qđ etiā nō eſt exceſſus. media autē ꝓbať ex h̄
ꝙ extremū ſpei in nimis eſt p̄ſumptio ⁊ eſt vitiū ⁊ ex/
tremū in defectū eſt deſꝑatio ⁊ eſt etiā vitiū ğ ſpes nō
eſt virtꝰ theoligica vt videť. Sed ꝯtra. I. Cor. 13. Rō ī oppo/
Nūc āt manēt fides ſpes ⁊ charitas tria hec: maior ho ſitū p' ꝟita/
rū charitas. q̄cq̄d aūt cōnūerať ꝟtuti virtꝰ ē / hic autē te p̄ma.
ſpes ab apl'o virtuti cōnūerať: ergo eſt virtꝰ. Itē 2a
theologice ꝟtutes conſūmāt edificiū ſpūale in illo aūt
fides fundat vt ſup̄ habitū eſt: charitas aūt cōſūmat
vt īfra hēbiť: ğ ſpes erigiť ad erigēdū ğ cū in edificio
nihil edificet niſi ꝟtꝰ ſpes eſt virtꝰ. Itē nihil ſaluat 3a
niſi virtꝰ ſpes ſaluat ğ ſpes eſt virtus. Prima ꝓbať
ex hoc ꝙ nihil ſaluat qđ eſt in rōne boni meritorij ⁊ ta
le eſt virtꝰ. Scda ſcribiť Rom. 8. vbi diciť: ſpe ſalui
facti ſumus. Solutio dōm ꝙ ſpes eſt ꝟtus theolo Sol'o
gica q̄ ꝑficit ſm ordinē in deū īmediate. in hoc eīn dif
ferūt theologice a cardīalibꝫ: qꝛ theologice rectitudi/
nis actꝰ terminū hñt in deo ⁊ finē vt fides tēdit in pri
mā veritatē / ſpes aūt in btītudinē gl'ie increate inde
ficiētis charitas in bonitatē. cardinales aūt actꝰ ter/
mināt in medio ⁊ finē ponūt in deo vt tēꝑantia termi
nat actū in paſſionibꝫ innatis inter nimis ⁊ parū ⁊ fi
nē ponit in deo: qꝛ facit h̄ ꝓpter deū. vt igiť intelligāť
ſol'ones obiectoꝝ ſciendū ꝙ ſpes equoce diciť multi/
pliciter et ex hoc a diuerſis ī diuerſis poniť generibꝫ
⁊ diuerſa ponunť ei oppoſita. Qñqꝫ eīn eſt in genere
paſſiōis ⁊ h̄ mō cōſiderať a phis: ⁊ qꝛ paſſio eſt illata
aīe ſenſibili: qꝛ ſicut dicit phs. Ois delectatio eſt ge/
neratio in ſenſibilē aīam: iō tunc poniť ei oppoſitū in
gñe paſſiōis. eo ꝙ oppoſitoꝝ ſit idē genꝰ: hoc aūt op
poſitū aut accipiť penes obiectū ſolū ⁊ tūc erit timor
ſm ꝙ ipē paſſio eſt futuri mali aut penes drām tꝑis
quā cōſignat ⁊ ſic opponiť delectatio q̄ eſt ex remēora
tione vt dicit phs. Qñqꝫ aūt poniť in genere motus
vel actus vt Rom. 8. vbi dicit apl's. Spe ſalui facti
ſumus; qñqꝫ aūt poniť ꝓ effectu ſpei quē habet in aīa
tutat eīn aīam ⁊ certificat de futuris habēdis ⁊ con/
ſequēdis nō entibꝫ tm̄ vt fides q̄ dicit etiā eſſe futura
quedā ſed ſpes dicit ꝯſequi debere ſicut dicit apl's ad
Heb. 6. Confugimꝰ ad tenendā ꝓpoſitā ſpem quā ſi/
cut anchorā aīe habemꝰ ratā aut firmā. Et Rom. 5.
Sciētes ꝙ tribulatio patientiā oꝑať: patiētia aūt ꝓ/
bationē: ꝓbatio aūt ſpem ibi glo. i. certitūdinē ſpei qꝛ
ſicut dicit Grego. Tanto fortior q̄ſquis in deū ſurgit
q̄nto maiora ꝓ noīe illius ꝑtulit. Qñqꝫ etiā poniť ꝓ
re ſperata vt ad Titū. 2. Expectātes beatā ſpem ⁊ ad
uentū gl'ie magni dei. i. rem ſperatā q̄ eſt aduētus glo
rie. Sumiť aūt qñqꝫ ꝓ ꝟtute theologica ꝑficiēte ani/
mā ad ſperandū ⁊ ſic de ea q̄riť hic ſicut dicit glo. ad/
Titū. 2. Expectamꝰ btītudinē que ſubeſt ſpei ꝟtuti.
Scdm h̄ igiť dicendū ad primū ꝙ equocatio ipe/ Ad primū
dit cōcluſionē. Ad aliud dicendū ꝙ expectare nō di Ad 2m
cit totū actū ſpei vt infra patebit. ſed ſperare dicit cū ſi
cut diligere actū dilectiōis ⁊ credere actū fidei. Ad ad 3m ⁊ 4m
aliud dōm ꝙ ī illo ꝓceſſu etiā decipit equocatio vt p̄ꝰ
habitū eſt in diſtinctiōe. Ad aliud dicendū ꝙ ꝓut Ad 5m ⁊
Aug. accipit mentē ſub potētia affectiua vel diligēdi 6m cū obie/
multe vires cōprehēdunť. ſ. li. arbi. volūtas ꝯcupiſci ctiōe ꝯ ſolu/
bilis ⁊ iraſcibilis. Et tunc ad obiectū dicendū ꝙ non tione.
deteſtari malū eſt iraſcibilis ſm ꝙ iraſcibilis eſt ſꝫ po
tius cuiuſlibet potētie eſt fugere malū ſuū ſed iraſcibi
lis eſt excludere malū pugnās qđ eſt arduū ⁊ difficil
limū ⁊ illatū eſt extrinſecus et eſt ſuū inſurgere in al/
tum finis ⁊ in altū illud qđ eſt ad finē. ⁊ ſm ꝙ ſurgit

in altũ finis ſic perficiẜ ſpe vt infra patebit ſm autẽ ꝙ
ſurgit in altũ qd̓ eſt ad finẽ ſic perficiẜ fortitudine ⁊ ſic
patꝫ ſolutio ad argumẽtũ. ⁊ ñ ſciendũ ꝙ rõ illa fun-
datur ſuꝑ falſum: qꝛ quãdo dicit Aug. de imagine lo
quiẜ de parte aĩe ſupma que ꝑ naturales habitus
ordinaẜ in deũ ſm ꝙ eſt trinus ⁊ vnus / ⁊ hec nõ per-
ficiẜ habitibꝫ ordinatis ad opus / niſi accipiaẜ imago
improprie ſcꝫ ꝓut reſultat in viribꝫ inferioribꝫ ⁊ in li-
Ad 7m bero arbitrio ⁊ rõne ⁊ volũtate ⁊ hmõi. Ad aliud
dicendũ ꝙ difficile ⁊ bonũ circa qd̓ eſt virtus differẽ
ter determinaẜ in virtute theologica ⁊ cõſuetudinali
in cõſuetudinali eñ determinaẜ ſm difficultatẽ ⁊ rõ
nem mediũ qd̓ eſt ꝑ equediſtantiã in paſſionibꝫ vel per
rectã rationẽ ſumptã in rõnalibꝫ virtutibꝫ vt ſũt pru-
dentia ⁊ iuſticia ſed in virtute theologica eſt difficul-
tas penes eleuare aĩam extra ſe ⁊ ſuꝑ ſe ſicut fides ele
uat rationẽ vt abneget ſe ⁊ ſuꝑ ſe tendat in verum qd̓
nõ ſcit ꝓbare ⁊ ſpes eleuet aĩam vt ſperet ea de quibꝫ
rõnis nõ eſt ꝑſuaſio ⁊ ab hijs que videt eleueẜ ad que
rendũ q̃ nõ videt ⁊ charitas eleuet vt poſtpoſito amo
re ꝓuati boni tendat in ſummũ bonũ qd̓ queriẜ fide ⁊
hoc eſt magis difficile q̃ꝫ difficile virtutis ciuilis ⁊ bo
nũ virtutis theologice eſt finis: bonũ autẽ ciuilis eſt
boneſtũ relatũ ad finẽ increatũ vnde patꝫ ꝙ illa obie-
Ad 8m ctio falſum ſupponit. Ad aliud dicendũ ꝙ deus in
nobis ſine nobis operaẜ ſpei habitũ licet nõ ſpei actũ
⁊ de actu ſpei intelligiẜ qñ diciẜ ꝙ ꝓuenit ex meritis.
Ad 9m Ad aliud dõm ꝙ bona merces eſt deus ⁊ nõ vitu-
ꝑabilis ⁊ hanc mercedẽ ſperat ſpes ſed tꝑalis merces
ꝓ ſpũali eſt ⁊ tezeatica ⁊ leproſa mercimonia ⁊ de hac
Ad 10m ⁊ nõ curat ſpes. Ad aliud dõm ꝙ ſpes eſt virtus the
11m ſimul. ologica ⁊ illa que videnẜ circũſtare dicendũ ꝙ nõ cir-
cũſtant ſed ſunt corruptiões conditionũ ſpei ſicut cũ
ſpes fit ex largitate dei illã negligit deſperãs ⁊ cuꝫ fit
ex meritis illã negligit ꝓſumẽs. oĩs eñ mediatio ⁊ ex
ceſſus attendiẜ ſm eandẽ materiã que non eſt hic: qꝛ
nõ habꝫ materiã hmõi in q̃ ſm rõnẽ materie ſit habũ
dare / ⁊ deficere ſic eſt ĩ q̃buſdã alijs ꝟtutibꝫ ꝯſuetudi
nalibꝫ: ſed potius ſicut fides hꝫ oppoſitã infidelitatẽ
multiplicẽ ex corruptiõe diuerſoꝝ que exiguntẜ ad fi-
dem. ⁊ charitas ſil'r habet oppoſitũ odiũ ⁊ inimiciciã
nõ tamẽ determinaẜ ad mediũ aliqd̓ ita ⁊ ſpes: ⁊ hoc
patꝫ ex quo ex parte rei ſperate nunq̃ꝫ eſt nimis: inni-
tiẜ eñ ſuꝑ oĩa ſpes btĩtudini ⁊ largitati increate: ⁊ iõ
ꝓſumens nõ excedit in ſpe ſed potius vterq̃ꝫ corrũpit
ſm aliq̃d qd̓ exigiẜ ad ſubſtantiã ſpei. Iterũ patꝫ hoc
alia rõne: qꝛ mediũ habet cõpoſitionẽ ex vtroq̃ꝫ extre
mo ſicut largitas ex ꝓdigalitate ⁊ auaricia: non aũt
diciẜ ſperãs qui ſperat ſperãda ⁊ nõ ſperãda ⁊ deſpe-
rãs q̇ nec ſperãda nec nõ ſperãda ſperat qd̓ falſum eſt
qꝛ omnes illi ſunt circa id qd̓ oĩno ſuꝑ oĩa ſperandũ
eſt ſed ſperãs ꝓut debet alij aũt corrũpendo. Iterum
alia rõne patꝫ illud qꝛ ſi ſpes eſſet mediũ iam cõpara
ta extremis acciperẽt aliqd̓ de rõne extremoꝝ ſic for-
tis ſm phm ad audacẽ ẽ timidus ⁊ audax ad timidũ
ſed nõ ſpes diceẜ ſic deſperatio ad ꝓſumptionẽ ⁊ pre-
ſumptio ad deſperationẽ. ⁊ hoc ſit dictũ contra q̃ſdã
qui dicũt ſpem eſſe mediũ inter deſperationẽ ⁊ ꝓſum-
ptionẽ eo ꝙ ipi putant in oĩ virtute eſſe mediũ per
vnã rõnem qd̓ abſurdum eſt: qꝛ nec etiã in cõſuetudi
nali (vt dicit phs in. v. ethicoꝝ.) eſt ꝑ vnã rõnẽ.

Arti. II. B

## An ſpes ſit virtꝰ ſeꝑata ab alijs quibuſdã virtutibus vel coniũcta illis.

S Ecũdo queriẜ vtrũ ſit ꝟtus ſeꝑata ab alijs q̃-
buſdã virtutibꝫ vel coniũcta illis. videẜ autẽ Arg. pmo.
ꝙ coniũcta. quoꝝ eñ vna ꝓprietas eſt horum
etiã ſubiectũ eſt vnũ vel nõ ſeparatũ ad minus. ſuſtine
re autẽ ⁊ expectare eſt longanimitatis ⁊ patiẽtie que
ſunt partes fortitudinis ⁊ hec ſunt etiã ſpei: ergo vi-
detur ꝙ ſpes ſit virtus coniũcta illis. Item ea que 2o
perficiũt animã contra affligẽtia videnẜ eſſe ꝑtes for-
titudinis vel cõiuncta partibꝫ eius: ſpes autẽ ſic per-
ficit animã ergo aut eſt pars fortitudĩs aut cõiuncta
illis. Prima ꝓbaẜ ꝑ b̃ ꝙ fortitudo ẽ ꝑfectio aĩe ꝯtra
inſurgentia ⁊ affligẽtia aduerſa vt dicũt ſancti. Se-
cũda autẽ ſcribiẜ in ꝓuerbijs. 13. Spes que differẜ
affligit animã id eſt res ſperata: ğ indiget ſpe ad ſuſti
nendũ. Item cõmuniter obijciẜ ꝙ ſit cõiuncta vir- 3o
tus timori ſic in naturis idem eſt mouẽs ad receſſum
⁊ terminũ a quo ⁊ acceſſum ad terminũ ad quẽ ſicut
a ſurſum ⁊ in deorſum: ergo ſimil'r erit in moribꝫ ſed
ſpes eſt mouens ad terminũ ad quẽ / timor autẽ a ter-
mino a quo: qꝛ ad bonũ ſpes ⁊ a malo mouet timor:
ergo ſpes ⁊ timor ſunt idem. Item auerſio ⁊ cõuer 4o
ſio in pctõ nõ faciũt diuerſum peccatũ: ergo in oppo-
ſito auerſio a malo ⁊ cõuerſio ad bonũ nõ faciunt di-
uerſam virtutẽ: ſed timor auertit a malo ⁊ ſpes con-
uertit ad bonũ ergo ſunt eadẽ virtus. Itẽ eadẽ eſt 5o
fides de penis ⁊ pmijs: ergo ⁊ eadẽ virtus fugiens 6o
penas vt timor ⁊ ſperãs pmia vt ſpes. Item con-
trarioꝝ eadẽ eſt diſciplina fugere autẽ ⁊ ꝓſequi ha-
benda ſunt oppoſita: ergo ipoꝝ vna ſcientia ⁊ vna vir 7o
tus erit vt videẜ. Item vna ꝟtus numero media
eſt duarũ maliciarũ: timor autẽ eſt inter deſperatio-
nẽ ⁊ ꝓſumptionẽ ⁊ ſimil'r ſpes: ergo ſpes ⁊ timor ſũt
vna ⁊ eadem virtus. Ulterius videtur ꝙ ſpes ſit 8o
cõtinuatio oĩm virtutũ: quia ſpei ẽ expectare hoc aũt
nihil aliud eſt niſi ꝑmanere in mobiliter in virtute: ğ
videẜ ꝙ ſpes nõ ſit niſi manſio in cõtinuatiõe ꝟtutis
ergo nõ eſt virtus ſeꝑata ab omnibꝫ alijs. Sed cõ In oppom
tra enumeraẜ ſingulariter ab aplo / ergo eſt vna vir- ꝓ veritate.
tus ſingularis. Item ſuꝑ illud Signatũ eſt ſuper
nos lumẽ vultus tui dñe de. ⁊c̃. dicit Aug. ꝙ ima-
go recreatiõis eſt gr̃a ſm fidẽ ſpem ⁊ charitatẽ Iob. I.
dicit Grego. ꝙ tres virtutes theologice ſignificãtur
per tres filias Iob ergo eſt ꝟtus ſingularis. So Solo
lutio dicendũ ꝙ ſpes eſt virtus ſeꝑata ab alijs ⁊ habꝫ
actũ ſingularẽ vt infra patebit ⁊ obiectũ in rõne ſpeci
ali. Ad primũ ergo dicendũ ꝙ expectatio ⁊ longa- Ad primũ
nimitas ⁊ ſuſtinẽtia equiuoce dicunt conditiões ſpe-
rãtis ⁊ fortis. ſunt eñ conditiões ſperãtis ſm ꝓceſſio
nẽ in rem ſperatã que nõ affligit ex ſe: ſed ꝑ accidens
ſcꝫ ꝙ differẜ ſed ſm ꝙ ſunt cõditiões fortis dicũt cõ-
fortationẽ animi in ſuſtinentia eius qd̓ ꝑ ſe affligit ex
cõfidẽtia victorie ⁊ finis: qꝛ nõ ſemꝑ imiacebit paſſio.
Ad id autẽ qd̓ dicit ꝙ fortitudo eſt cõtra affligẽtia Ad 2m
⁊c̃. dicendũ ꝙ hoc intelligiẜ de affligentibꝫ per ſe ⁊ nõ
ꝑ accidẽs ex dilatiõe. Ad aliud dicẽdũ ꝙ ille ratio- Ad 3m
nes oĩno nihil valent: qꝛ ſpes nõ accipiẜ in rõne mo-
uẽtis a malo in bonũ ſed potius in rõne eliciẽtis actũ
timor eñ ꝑ ſe ſufficit mouere a malo in bonũ. ſi eñ ſer
uilis eſt mouet a malo actu. ſi autẽ initialis tunc mo
uet a malo habitus in conſideratione pene ⁊ amoris
dei. nõ eñ ſic diciẜ ſpes mouẽs ꝙ ꝑficiat id qd̓ incepit
timor. vnde patꝫ ꝙ nihil oĩno faciũt ad ꝓpoſitũ rõnes
ille. Ad aliud dicẽdũ ꝙ in pctõ vnũ eſt rõne alterꝰ Ad 4m
nõ eñ auerteret ſi nõ cõuerteret ad illicita ſed hoc nõ

eſt ſic;imo ſpes nullo minus fulcitur timore non eñ
Ad 5m reſpicit penã ſed largitatẽ dantis tm̃. Ad aliud di-
cendũ ꝙ fides eſt de illis vt ſunt veritatis increate ar
ticuli/ ⁊ ſic cõueniũt;nõ autẽ in eo ꝙ pene ſunt ⁊ in eo
ꝙ p̃mia cõueniũt ⁊ in diuerſis habitibꝫ reſpiciũtur.
Ad 6m Ad aliud dicendũ ꝙ ſpes ⁊ timor nõ ſunt cõtraria.
informis eñ ſaluať cũ ſeruili ⁊ formata cũ caſto timo
re nec ſunt cõtrariorꝝ. qꝛ ſpes eſt glorioſi conſequẽdi ti
mor autẽ habet actum ad penã ⁊ hec nõ opponũtur:
pena eñ ⁊ p̃miũ nõ opponũtur ſm ꝙ vnũ eſt obiectũ
Ad 7m ⁊ alterũ vt conſequẽdũ. Ad aliud dicendũ ꝙ ſicut
ſupra diximꝰ ſpes nõ eſt virtus determinãs ſibi me-
diũ ex rõne materie/ ⁊ ſi deſperatio ⁊ p̃ſumptio oppo
nanť in rõne corruptiõis tũc timor nõ erit mediũ il-
lorũ:quia timor timet ſeparí/ ⁊ deſꝑatio ſupponit cul
Ad 8m pam irremediabilẽ vnde nihil eſt qđ obijciť. Ad id
qđ vlteriꝰ obijciť dicendũ ꝙ ſpes nõ dicit expectatio
nẽ ſed ſperationẽ ⁊ hec dicit plus qm̃ ſperans extẽdit
ſe ſicut credens/ ⁊ amãs ſuo mõ in rem ſperatã ⁊ ha-
bet eam ſuo mõ ſicut credens ⁊ amans.

Arti. III. **In qua vi anime ſit ſpes.**

T Ertio queriť in qua vi anime ſit ſpes/ ⁊ quid
Arg. p̃mo ſit actus eius ⁊ obiectũ ⁊ finis. videť autẽ nõ
eſſe in iraſcibili qꝛ omnis virtutis aĩe eſt expe
ctare id qđ appetit ⁊ habere cũ habet ⁊ reijcere cõtra-
rium:ſpes autẽ dicit expectationẽ eius qđ appetiť:ḡ
2o nõ eſt iraſcibilis ſolius ſed omniũ viriũ. Item ſpes
diffiniť in lr̃a ꝙ eſt certitudo expectatiõis: ſed certitu
do dicit cognitionẽ;ergo ſpes eſt rationis vel intelle-
3o ctus nõ ergo iraſcibilis. Item Auicẽna ⁊ Dam̃ (⁊
accipitur etiã ab Ariſto. in fine p̃mi ethicorꝝ) dicunt ꝙ
iraſcibilis eſt pars anime ſenſibilis. Cum igiť ſenſi-
bilis anime nõ ſit imediate ferri in deũ. videť ꝙ ſpes
Queſtiũcl'a que imediate in deũ ferť nõ ſit in iraſcibili. Ꝓ que-
Obm p̃mũ ritur de actu eius:actus eñ potentie anime cõſueuit
denomiari ſm nomen eius vt intellectus actus in-
telligere ⁊ volũtatis velle/ ⁊ ſic de alijs: ſperare autẽ
nõ nominat actũ iraſcibilis:ergo videť ꝙ nõ ſit actꝰ
2o ſpei vel ſpes nõ eſt in iraſcibili. Item quid dicit ſpe
rare vltra expectare? videť ꝙ nihil:qꝛ ita dicit apl'us
Rom̃. 4. de abraam. Cõtra ſpem in ſpem credidit ⁊
addit ſic lõganimiter ferens adeptus eſt repromiſſio
3o nes:ḡ videť ꝙ nihil dicat niſi expectationẽ ſolã. Itẽ
per ſolã expectationẽ diffiniť cum dicitur;ſpes eſt cer
4o ta expectatio future beatitudis ⁊c̃. Item quid di-
cit expectatio? ſi dicit tm̃ imobilitatẽ in loco virtutis
vel vite tunc nihil adderet ſupra virtutes alias niſi
continuitatẽ ⁊ hoc nõ dicit actum ſpecialẽ: ergo ſpes
5o ſm hoc nullũ haberet actum ſpecialẽ. Item queriť
de obiecto eius ⁊ fine. ſi eñ dicať ꝙ obiectũ eusi eſt
beatitudo ſicut videtur ſancti cõmuniter dicere ⁊ in
diffinitiõe ſupponiť/ tũc videtur ꝙ ſpes ſit omnis vir
Solutio tus;quia beatitudo eſt finis omnis virtutis. So-
ad primũ. lutio dicendũ ad primũ ꝙ ſpes eſt virtus ſeꝑata ⁊ di-
uiſa ab alijs virtutibꝫ ⁊ eſt in iraſcibili potẽtia anime
hic queſtio de angelis ⁊c̄. tertia ibi [Ex quo ⁊ dn̄s
proximū ſe noſtrū ⁊c̄: quarta [ibi [Hic notādū pro-
ximū dici diuerſis modis ⁊c̄.

Arti. I An p̄ſes ſube ꝗ̄ mgr̄ enūerat ſint diligēde
Ueriꝛ aūt hic an lr̄am de nūero diligendoꝝ
q ex charitate. Et queriꝛ primo vtrū p̄ſes ſube
ſint diligēde ꝗ̄ hic determinaꝛ. Secūdo vtꝝ
virtutes vel alie gr̄e ſint diligēde ex charitate. Ter-
Ad primū. tio vtꝝ irrōales creature ſint de numero diligēdoꝝ
ex charitate. Ad primū ſic obijciꝛ: in lr̄a dr̄ ꝙ hoc
eſt diligēdū ex charitate qđ nobiſcū referꝛ ad candē
btitudinē participādā: ergo corpꝰ ꝓximi diligendū
Solo Obiectio eſt ex charitate. Si aūt dicas ꝙ pars n̄ facit nume
rū cū toto: ⁊ iō corpꝰ ꝓximi diligeꝛ in ꝓximo: hoc ni-
20 hil eſt: qꝛ eadē rōne nō facit numeꝝ in teipſo: tn̄ in te
loco duoꝝ diligibiliū ponunꝛ corpꝰ ⁊ aīa. Itē in

ſequēti di. Amb. ponit ſex diligibilia ex charitate: ḡ
videꝛ ꝙ plura ſunt ꝗ̄ q̄ttuor hic poſita. Itē in q̄- 3o
buſcūꝗ nō eſt vna rō boni mouēt charitatē in ill' nō
eſt vna rō diligibilis: ſed in corꝑe ⁊ aīa nō eſt vna rō
boni: ergo nō eſt ibi vna rō diligibilitat: ergo videꝛ
ꝙ illud diligibile cōſtituat corpꝰ ꝓximi. Itē videꝛ 4o
ꝙ corpꝰ ꝓpriū nō ſit diligēdū ex charitate: qꝛ dic̄ do-
minꝰ in euāgelio: Qui amat aīam ſuā ꝑdit eā ⁊ ſan-
cti odiūt corpora ſua ſic̄ dicit Paulus: Caſtigo cor-
pus meū ⁊ ī ſeruitutē redigo: qđ aūt odio habeꝛ nō
diligiꝛ: ergo corpꝰ ꝓpriū ex charitate nō eſt diligen-
dū. Itē corruptibile eſt corpus: charitas aūt nūꝗ̄ 5o
excidet: ergo charitas ⁊ corpꝰ nō ſunt ꝓportionalia
ergo videꝛ ꝙ ex charitate corpꝰ corruptibile nō ſit di Solo
ligendū. Solo dōm ꝙ nō ſunt niſi q̄ttuor ex cha-
ritate diligēda: ⁊ ad hoc intelligēdū aduerte ꝙ rō di
uiſiōis innuiꝛ in lr̄a: bonū eīm qđ mouet ad diligen
dū aut eſt btificās: ⁊ hoc eſt ſupra nos tripliciꝛ. ſ. di
gnitate ⁊ cauſa: qꝛ nos ſumꝰ ab illo ⁊ fine: qꝛ nos ſu-
mus ad illud: ⁊ eſt totu; nr̄m bonū: ⁊ iō illud habeꝛ
ſpecialē rōnē mouēdi amorem noſtrū: aut eſt qđ nos
ſumꝰ: ⁊ illud habet duplicē rōnē mouēdi. ſ. ſm prin
cipale qđ eſt aīa: ⁊ ſm illud qđ infra nos eſt: tn̄ ex cō
iūctione ad nos ſpāliter mouet ad diligendū. Aut id
qđ iuxta nos eſt / ſiue ſit illud aīa ꝓximi / ſiue corpus
eiꝰ nō addit ſpālem rōnē qđ nos mouet ad diligēdū
niſi qꝛ quadā ſociatate nobis vt btificabile cōiungiꝛ
ſic autē nō eſt de corpore qđ cōiunctū eſt nobis vt in-
ferius: nō vt iuxta nos ſocietate cōiūctū nobis: ⁊ qꝛ
nō ſunt plures diuerſitates in genere boni ordina-
te ad btitudinē: iō nō ponunꝛ niſi q̄ttuor diligenda.
Dōm ergo ad primū ꝙ corpꝰ ꝓximi nō eſt diligē- Ad primū.
dū niſi vt ſocietate ꝯiunctū: ſicut id qđ iuxta nos eſt
ad ſocietatē btitudinis relatū: ⁊ iō nō habet aliā ex-
tra q̄ttuor rōnē diligibilitatis. Ad id qđ cōtra ob ad obiectōꝫ
ijcitur dōm ꝙ nō eſt ſil'e: qꝛ corpꝰ noſtrū facit gradū
diligibiliū reſpectu aīe noſtre. ſ. ſicut inferiꝰ ꝑ illam
ad btitudinē relatū: ſed q̄cq̄d eſt in ꝓximo habet rō-
nem boni qđ iuxta nos eſt ſiue in corpore ſiue in aīa Ad ſecūdū.
accipiaꝛ. Ad aliud dicēdū ꝙ Amb. nō aſſignat ibi
numeꝝ diligēdoꝝ: ſed potiꝰ ordinē in numeratis: ⁊
iō q̄ttuor de illis incidūt ſub vno mēbro: vt infra pa Ad tertiū
tebit di. ſequēti. Ad aliud dōm ꝙ vna rō diligēdi
eſt in corꝑe ⁊ aīa ꝓximi ſi rō in gn̄e accipiaꝛ. ſ. bonū
qđ iuxta nos eſt: qꝛ nec in corpore nec in aīa ꝓximꝰ
eſt ſuꝑ nos / nec ſub nobis: ⁊ ſic pat; ꝙ nō diligiꝛ niſi Ad quartū
ſicut id qđ eſt iuxta nos. Ad aliud dicēdū ꝙ h̄ ſat;
ſoluiꝛ in lr̄a: qꝛ ſancti nō odiūt corpꝰ: ſed corꝑis cor- Ad quintū
ruptelas grauātes aīam. Ad aliud dōm ꝙ h̄ pa-
rū valet: qꝛ licet corrūpaꝛ corpꝰ: tn̄ nō perit deo: ſed
mutaꝛ in meliꝰ ſicut diciꝛ Job. 19. Rurſum circūda
bor pelle mea ⁊ in carne mea videbo ſaluatorē meū.
Et in collecta de mortuis Deus cui oīa viuunt ⁊ cui
pereūt moriēdo corꝑa nr̄a: ſed mutanꝛ in meliꝰ.

An virtutes ⁊ alie gr̄e diligēde ſint ex cha Arti. II.
ritate: ⁊ vtꝝ btitudo creata ſit diligēda. B

Ecūdo queriꝛ vtꝝ virtutes ⁊ gr̄e alie ſint di Arguiꝛ p̄o
s ligēde ex charitate. Uideꝛ aūt ꝙ ſic: qꝛ dicit
Augꝰ ꝙ q̄ diligit fratrē diligit ip̄am dilectio
nē: dilectio aūt eſt virtꝰ: ergo diligēda eſt ex charita 20
te. Itē diligēdū eſt ex charitate qđ ad btitudiaē re
ferꝛ: ſ; nihil ita ad btitudinē referꝛ: ſic̄ id qđ eēntial'r
manet in btitudine. virtutes aūt eſſentialiꝛ manēt

in btitudine:ergo virtutes ſunt ex charitate diligē-
3o de. Itē aliqs diligit virtutes:iō qꝛ eis merek:cō-
ſtat autē ꝙ illa dilectiōe merek:ergo eſt gratuita nō
naturalis:ergo oportet ꝙ ſit charitas:ergo videk ꝙ
4o virtutes ex charitate diliganł. Itē diligens pctā
demerek illa dilectiōe:virtutes ergo diligens vt ad
deū ordināt merek ꝑ oppoſitū actū:⁊ nō merek aliqs
niſi ex charitate:ergo videk ꝙ diligēde ſunt ex chari-
5o tate. Itē dñs Primū querite regnū dei ⁊ iuſticiā
eiꝰ:ergo debemꝰ q̄rere iuſticiā ducētē ad regnū:qc-
q̄d aūt querik ad regnū ordinās meritorie querimꝰ:
ergo ex charitate ex qua eſt oē meritū vt dicit Augꝰ

In oppoſi- Sed cōtra in lr̄a dicik ꝙ nō ſunt niſi q̄ttuor ī cha-
tū argu. p̄o ritate diligēda:ergo virtutes nō ſūt diligēde ex cha
2o ritate. Itē nō participāt eandē nobiſcū btitudinē:
qꝛ nō ſunt rōnales ſube:que ſole capaces ſunt btitu
q̄ſtiūcula. dinis:ergo nō ſunt diligēde ex charitate. Iuxta h̄
vlteriꝰ querik vtꝝ btitudo creata ſit diligēda ſupra
Arguik p̄o nos ex charitate. Videk aūt ꝙ ſic:qꝛ id q̄ꝺ btificat
ꝙ ſic. ſupra nos eſt diligēdū:beatificat aūt btitudo creata
2o ergo ſupra nos eſt diligēda. Itē Augꝰ diffinit ſu
prema media ⁊ infima bona:⁊ inter ſupma ponit v̄-
tutes:⁊ multomagis beatitudinē:ſed cōſtat ꝙ bonū
mouet:ergo magis bonū magis mouet:ſed beatitu-
do eſt bonū ſupra nos:qꝛ maiꝰ q̄ʒ potētie animi que
ſunt media bona:ergo ſupra nos eſt diligēda:vt vi-
3o detur. Itē finis eſt diligēdꝰ pluſq̄ʒ id q̄ꝺ eſt ad fi-
nē:btitudo aūt eſt finis ⁊ nos ad finē:g̃ btitudo ſup̄
Rō in op- nos eſt diligēda. Sed cōtra in numero diligēdo-
poſitū. rū nō ponik: ergo nō eſt diligēda ex charitate:g̃ nec
ſupra nos diligēda. Itē ī lr̄a dī ꝙ vnū ſolū ſup̄ nos
eſt diligēdū q̄ꝺ eſt deꝰ:btitudo aūt creata nō eſt deꝰ
Solo ergo nō eſt ſupra nos diligēda. Solo ſine p̄iudi-
cio dico ꝙ virtutes pñt diligi ex charitate:⁊ pñt nō
diligi:⁊ iſta nō repugnāt:diligi em̄ pñt ex charitate
ſic forme ordinātes ad btitudinē:nō autē diligi pñt
ex charitate:ſicut viuētes ī btitudine btificādo nos
effectiue:⁊ vt obiectū btitudīs:⁊ ſicut participātes
btitudinē nobiſcū:⁊ tm̄ de his dak diuiſio q̄ habek
in lr̄a:⁊ nō de primis:⁊ hoc iō:qꝛ illa diligunk tāq̄ʒ
rōes diligibilitatis:ſi em̄ querik ab aliq̄ q̄re diligit
aliū:reſpōdebit ꝙ ꝓpter virtutē:⁊ ad virtutē:⁊ ideo
nō eſt vna rō dilectiōis in habitib⁊ talib⁊ ⁊ gratijs ⁊
diligibilib⁊ q̄ hic enumerāk. Alij tn̄ alik dicūt diſtin-
guētes duplicē dilectionē.ſ.amicicie ⁊ cōplacētie: et
dicūt ꝙ virtutes ⁊ ea bona q̄ ad vitā pertinēt diligi
mus nos:⁊ non dilectiōe cōcupiſcētie:ſed diligēda
q̄ hic enumerank diligimꝰ dilectōe amicitie. Sed h̄
plane falſum eſt:qꝛ nulla dilectio fructꝰ eſt dilectio
amicitie inquātū hmōi:⁊ tn̄ diligimꝰ deū dilectiōe
fructꝰ.ſil'r nō eſt bene dictū ꝙ aliqs ſe diligat di-
lectiōe amicicie:qꝛ amicicia relatio eſt q̄rēs diuerſi-
tatē in diligibilitate ⁊ dilecto: ⁊ iō ad priorē ſolutio
nē eſt redeūdū. Itē q̄dā alij dicūt ꝙ naturali amore
diligimꝰ virtutes:⁊ iō nō ponunk inter diligēda ex
charitate: ⁊ hoc itē falſum eſt:ſi gn̄aliter intelliga
tur:qꝛ poſſumꝰ ⁊ ꝓmū ⁊ nos ⁊ deū ⁊ v̄tutes natu
rali amore diligere:⁊ vnūq̄ꝺq̄ʒ iſtoꝝ. Etiā poſſumꝰ
Ad p̄mas diligere amore g̃tuito meritorio q̄ ē charitas. Per
rōes ⁊ p̄ci hoc etiā pʒ reſpōſio ad rōes oēs primo inductas:cū
pue ad pri em̄ dicit Augꝰ:Qui diligit fratrē diligit ipam dile
mā. ctionē nō intelligit eandē rōnē diligibilitatis eſſe in
Ad ſecūdā. in vtroq̄ʒ:ſed aliā ⁊ aliā. Ad aliud dōm ꝙ nō refe
runk virtutes ad btitudinē vt participātes eā:ſʒ vt

diſpōes formales adaptātes ſubiectū ad hoc vt bea
tificek. Ad aliud dōm ꝙ merek diligēs virtutes: Ad alia ſil'r
ſed ex hoc nō ſequik ꝙ in alia rōe diligat in q̄ diligit
alia vt dictū eſt. ⁊ ꝑ hoc pʒ ſolo ad alia. Ad id q̄ꝺ Ad queſtiū
vlteriꝰ q̄rik dōm ꝙ btitudo creata nō eſt ſup̄ nos di culā dōm
ligēda ſed ꝓpter nos:qꝛ nō q̄rimꝰ eā niſi ꝓpter nos/
vt ipſa diſpoſita increata btitudine ꝑfruamur. Ad Ad primū
primū ergo dōm ꝙ nō btificat niſi formalik:cū autē ꝯ q̄ſtiūculā
dī ꝙ btificās eſt ſup̄ nos diligēdū intelligik de btifi
cante effectiue:⁊ ſicut obiectū btitudinis. Ad ali- Ad ſecūdū.
ud dōm ꝙ boni q̄ntitas intendik dupl'r.ſ.ſm ordinē
ad vitā: vel ſm dignitatē nature q̄ refertur ad par-
ticipādū deū glorificantē. Primo mō intelligik di-
ſtinctio Aug. ⁊ iō magna bona vocat q̄b⁊ recte viuik
⁊ ſine quib⁊ recte viui nō pōt:media aūt ſine q̄b⁊ qui
dē recte viui nō pōt:⁊ q̄b⁊ tn̄ recte nō viuik :vt potē-
tie aīe. Infima aūt bona q̄b⁊ nec recte viuik: ⁊ ſine q̄
bus recte viui pōt:vt ſpēs quorūlibet corpoꝝ:⁊ bo-
na fortune que iocūdā faciūt btitudinē: vt dicit phs
⁊ iō diſtinctio Aug. nō valet ad ꝓpoſitū:qꝛ talia dili
guntur oīa ꝓpter nos:⁊ nos ſumꝰ meliora bona eis
ſm gradū participādi btitudinē increatā: ſolo autē
illo mō diligēdū ē ſup̄ nos q̄ꝺ in illo ordine melius
⁊ altiꝰ eſt. Ad aliud dōm ꝙ btitudo creata nō eſt Ad tertiū.
finis vltimꝰ niſi ſicut terminꝰ opis finis eſt :ſed non
eſt finis vltimꝰ in quo q̄eſcit intētio:⁊ iō nō oportet
ꝙ ſupra nos diligak:ſed ꝙ diligak ꝓpter opꝰ q̄ꝺ eſt
propter eam.

## An oēs creature etiā irrōnales diligende ſunt ex charitate. Art. III.

Ertio q̄rik ſi oēs creature etiā irrōales diligē- T
t de ſunt ex charitate. Videk aūt ꝙ ſic:qꝛ ſūt ve Arguik p̄o
ſtigiū dei:ſi g̃ ex charitate diligimꝰ ꝓximū: ꝙ ſic.
(qꝛ imago dei eſt) ex eadē rōe debemꝰ diligere cūcta
q̄ ſunt veſtigiū. Itē cōformari debemꝰ deo in dili 2o
gēdo. de ipſo aūt dī Sap. II. Diligis em̄ oīa q̄ ſunt
⁊ nihil odiſti eoꝝ q̄ feciſti:g̃ cū ipſe nō diligat aliq̄ di-
lectiōe niſi ex charitate:nos ex eadē charitate oīa de
bemꝰ diligere. Itē ponamꝰ ꝙ aliqs diligat bona 3o
tꝑalia tm̄ in illa rōne:qꝛ ſunt materia merēdi ꝑ ele-
moſynas:cōſtat ꝙ ipſe dilectōe illa merek:g̃ eſt dile-
ctio charitat̄:g̃ bona tꝑalia diligi pñt ex charitate.
Sed ꝯ cū dī hoc diligik ꝓpter aliud:⁊ nō diligik ꝓ Rō in op-
pter ſe nō ſignak dilectōis actꝰ trāſire in illud niſi ꝑ poſitū.
accñs:id aūt q̄ꝺ diligik ꝑ accñs nō facit numeꝝ ink
diligibilia:g̃ irrōales creature cū tm̄ ꝓpter aliud di
ligank ink diligibilia nō faciūt numerū. Si dicas Obiectio
ꝙ nosipſos ⁊ etiā ꝓximū diligimꝰ ꝓpter aliud ⁊ tn̄ fa
ciūt numeꝝ in diligibilib⁊ :⁊ ita nō videk valere rō
illa. Cōtra cū nos diligimꝰ ꝓpter aliud vel ꝓximū Solo
nō referk dilectio ad vſum:ſed potiꝰ ad fructū dei/vt
deo fruamur:⁊ iō capacitas fruibil'r facit rōnē dile-
ctiōis ꝑ ſe:licet nō ꝓpter ſe:ſed cū diligimꝰ irrōnalia
referk tota dilectio imediate ad vſū ⁊ vſus in deū:g̃
excludik rō dilectōis ꝑ ſe:qꝛ nō ponik in eis aliq̄d q̄-
re ꝑ ſe diligank:g̃ nō ſunt de numero diligendoꝝ ex
charitate. Solo dōm ꝙ irrōnalia nō diligunk ex Solo.
charitate in q̄b⁊ ſit rō diligibilitatis: ſʒ charitas eſt
vl'is motor:vt diximꝰ in p̄cedēti diſt. ⁊ ſic ferk motu
ſuo in oē q̄ꝺ eſt/ſiue ſit ꝓpriū obiectū/ſiue nō/ſed hoc
mō nō loq̄mur hic/ſed potiꝰ q̄rik ꝓprij rō obiecti cha
ritatis in nūero diligibiliū ex charitate. Ad p̄mū Ad primū
g̃ dōm ꝙ rō veſtigij nō eſt rō diligēdi veſtigiū ſm eū

cui⁹ eſt veſtigiũ: ⁊ idẽ eſſet in rõne imaginis ſi nõ eẽt
capacitas btitudinis in ipſa qua deũ ꝑ btitudinem
Ad ſecũdũ capꝫ põt: ⁊ ꝑmanere in eternitate. Ad aliud dicen
dũ ꝙ de⁹ diligit oĩa q̃ ſunt eq̃liter: ⁊ vna charitate q̃
ad ipm: nõ tñ imprimit oĩbꝫ rõnẽ vnã diligibilitatꝭ
ſed ſunt multe ⁊ iõ quedã diligibilia ſunt ad vſum:
⁊ q̃dã ad btitudinẽ participãdã: ⁊ illa ſunt ꝓprie ob-
iecta charitatis. Alia autẽ diligunt̃ ex charitate ad
Ad tertiũ. aliud: ⁊ nõ hñt rõnẽ ꝓprij obiecti charitatis. Ad
aliud dõm ꝙ ipſe meret̃ q̃ ſic diligit tꝑalia: ſed iõ me
retur: q: non tꝑalia diligit vt in q̃bus reficiat̃ cha-
ritas ſua: ſed poti⁹ q: nõ diligẽdo ea diſpergit ꝓpt̃ il
lũ quẽ diligit: ⁊ hoc eſt qđ q̃dã dicũt alijs verbis in
eadẽ ſentẽtia ꝙ mĺta pñt diligi charitate eliciẽte mo-
tũ dilectõis: ſed nõ niſi q̃ttuor ꝑ rationẽ boni mouẽ
tis charitatẽ.

Arti. IIII. An inter q̃ttuor diligenda de ſcđo ⁊ q̃rto
D nulla ꝑcepta dãda erãt.

Einde querit̃ de hoc qđ dicit ibi [De ſecũdo ⁊
Arguit̃ p° q̃rto nulla ꝑcepta dãda erãt]. ſ. a. Hoc eñ
videt̃ falſum ꝑceptũ eñ ordinãs actũ alicui⁹
virtutis debet ipm vlr̃ ordinare: ſi ergo ꝑceptũ di-
lectiõis ordinat actũ dilectiõis vlr̃ ter eũ debet ordi-
nare: ergo debet dare ꝑceptũ de dilectõe ſui ⁊ corpo
2o ris. Itẽ nihil videt̃ eẽ qđ dicit in lr̃a ꝙ nemo odit
ſe vel carnẽ ſuã: q: multi odiũt vtrũq: vt videt̃: q: q̃
3o diligit iniquitatẽ odit aĩam ſuã. Itẽ poſito ꝙ verũ
ſit qđ dicit adhuc nõ eſt verũ niſi de naturali amore
⁊ ille nõ refert̃ ad numeꝝ diligẽdoꝝ ex charitate: er
go nõ debuit dari ĩ ꝑcepto vt diligerem⁹ nos ex cha
Solõ ritate. Solõ facile eſt reſpõdere ad hoc ꝑ añdicta.
Ad primũ. Ad primũ ergo dõm ꝙ ꝑceptũ aliter ordinat actũ
cũ dr̃: Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipm: q: in hoc iclu-
Ad ſecũdũ. ditur dilectio tui ⁊ dat̃ tibi principalitas. Ad ali
Ad tertiũ. ud dõm vt ſuꝑ in ꝑcedẽti di. Ad vltimũ dõm ꝙ nõ
intelligit̃ ꝙ nõ oportuit ſpãle ꝑceptũ dari õ ſentẽtia
ꝑcepto dilectiõis ꝓximi: ⁊ hoc iõ: q: natura iuuat in
grãm: q: ad idẽ inclinãt ambo. Cũ igit̃ ꝑceptũ ſit vin
culũ quoddã ligãs ꝑ obligationẽ nõ oꝑtuit ibi mul-
tiplicari vincula vbi nõ eſt neceſſe.

## Si illo precepto cõtineatur dile ctio angelorum.

Oꝛit̃ aũt hic de angelis queſtio: vtrũ ad il-
lud ꝑceptũ dilectiõis ꝓximi etiã dilectio ꝑ-
tineat angeloꝝ. Nã ꝙ nullũ hoĩem excepit q̃
Luc. 17. ꝑcepit ꝓximũ diligere dñs in parabola ſemi
uiui relicti oſtẽdit: eũ dicẽs ꝓximũ q̃ erga il
lũ exiterit miſericors. Deinde ſubdit: vade
⁊ tu fac ſilr̃ ter. Vt eũ ꝓximũ intelligam⁹ cui
vel exhibẽdũ eſt officiũ miſericordie ſi indi-
get: vel exhibẽdũ eẽt ſi indigeret: nullũ ve-
ro exceptũ eẽ cui miſericordie negãdũ ſit of
ficiũ: q̃s nõ videat: cũ vſq: ad inimicos etiã
a porrectũ ſit dño dicẽte: Diligite inimicos ve
Luc. 9. ſtros ⁊ bñfacite his q̃ oderũt vos. Manife-
ſtũ ergo eſt oẽm hoĩem ꝓximũ eſſe reputan
dũ. Proximi võ nomẽ ad aliq̃d eſt: nec q̃ſq:
eſſe proxim⁹ niſi proximo põt. Vñ cõſequẽs
eſt ⁊ cui ꝑbẽdũ ⁊ a quo ꝑbẽdũ eſt officiũ mi

ſericordie recte ꝓximũ dici. Manifeſtũ eſt q̃
ꝑcepto dilectiõis ⁊ proximi etiã ſanctos an-
gelos cõtineri: a q̃bus tãta nobis miſericor-
die impẽdũt̃ officia. Ex quo ⁊ dñs proximũ
ſe noſtrũ dici voluit: vt ĩ parabola ſaucij oſtẽ b
dit ⁊ in propheta. Quaſi ꝓximũ ⁊ quaſi fra- Ps. 34.
trẽ noſtrũ ſic cõplacebã. Sed q: excellẽtior
ac ſupra noſtrã naturã eſt diuina ſubã: prece
ptũ dilectiõis dei a ꝓximi dilectõe diſtinctũ
eſt. Ideoq: licet nobis de⁹ oĩa impẽdat bene
ficia: nõ tñ noĩe proximi includit̃ in illo ꝑce-
pto: quẽ nõ ſicut nos diligere debemus: ſed
pluſq: nos toto corde ⁊ aĩa. Chriſtũ vero in-
quantũ homo eſt: ſicut nos diligere debem⁹
eiuſq: ſm hoĩem dilectio illo cõtinet̃ mãda-
to: quẽ etiã ſm hoĩem magis q̃ nos: ſed non
quãtũ deũ debem⁹ diligere: q: inquãtũ eſt
homo minor eſt deo.

## Quibus modis dr̃ proxim⁹.

Hic notãdũ eſt ꝓximũ dici diuerſis modis:
ſcꝫ cõditiõe prime natiuitatis: ſpe cõuerſio-
nis propinquitate cognatõis: ratiõe benefi-
cij exhibitionis.

An angeli diligẽdi ſint ſupra nos. Arti. V.
E
Einde querit̃ de hoc qđ dicit ibi [Oꝛit̃ autẽ
D hic q̃ſtio de angelis ⁊c. [Videt̃ eñ ꝙ angeli Arguit̃ p°
diligẽdi ſint ſupra nos: q: chriſt⁹ diligẽdus
eſt ſupra nos q̃ paulominꝰ ab angelis minorat⁹ eſt:
ergo multomagis angeli. Itẽ ſancti ſunt ſuꝑ nos/ 2o
qđ ꝓbat̃ ꝑ act⁹: q: faciũt illumĩatiões purgationes
⁊ ꝑfectiões: ergo diligẽdi ſunt ſupra nos. Itẽ ĩ di 3o
ligendo cõformari debemus deo: ſed de⁹ magis bo-
nũ magis diligit: ergo ⁊ nos ſuꝑ nos bonũ mag' de-
bem⁹ diligere q̃ nos. Sed cõtra nõ ponit̃ in lr̃a Rõ in op-
niſi ꝙ diligam⁹ vt ꝓximũ: ergo nobis cõcedit̃ prin- poſitũ.
cipalitas dilectiõis: vt dicit Aug⁹: ergo nos poſſu-
mus diligere pluſq: eos. Solõ dõm meo iudicio Solõ
ꝙ nõ ſunt diligẽdi ſuꝑ nos: q: charitas ꝑficit natu-
rã: ⁊ iõ charitas cũ natura ſemꝑ plus mouet̃ diligẽ
do ꝓpriũ bonũ q̃ alteri⁹: vñ ſolus de⁹ diligend⁹ eſt
ſupra nos: q: ipſe ſupra nos eſt totũ bonũ noſtrum.
Ad primũ ergo dõm ꝙ ipſi ſunt ſupra nos: ita ꝙ Ad primũ.
li ſupra nos dicat gradũ ei⁹ qđ diligit̃: ⁊ nõ intẽſio-
nẽ actus dilectiõis: ſed nõ ſequit̃ ꝙ ꝓpter hoc diligẽ
di ſunt ſupra nos rõne que dicta eſt. Ad aliud eo- Ad ſecũdũ.
dẽ mõ dõm eſt. Ad aliud dõm ꝙ cõformamur q̃n Ad tertiũ
tũ poſſum⁹ ſeruato ordine nature/ quẽ de⁹ nob in-
ſeruit: ⁊ ſeruari vult: ⁊ hoc eſt qđ nobis magis bo-
nũ velim⁹ q̃ alij.

An mali diligendi ſint ex charitate: ⁊ an Arti. VI.
demones ⁊ dãnati. F

Einde querit̃ de hoc qđ dĩc ibi [Diligite ini-
D micos veſtros ⁊c.]. ſ. a. Ex hoc eñ videt̃ ꝙ Arguit̃ p°
mali ſint diligẽdi ex charitate qđ etiã videtur ꝙ ſic.
alia rõne. ſ. q: referunt̃ ꝑ imaginẽ ad btitudinis ca-
pacitatẽ nobiſcũ: ergo diligẽdi ſũt ſicut ⁊ nos. Itẽ 2o
Iſiđ. ⁊ Aug⁹ Mali ita diligẽdi ſunt vt coꝝ vitia nõ
diligant̃: ergo ſunt diligẽdi mali. Sꝫ tũc querit̃ q̃ſtiũcula

Arguit̃ ꝙ vtrū demones ⁊ dānati ſint diligēdi ex charitate: vi
ſic primo. det̃ ꝙ ſic: q̄ ſup̱ illud Leui. 19. Diliges ꝓximū tuū
dicit glo. ꝓximꝰ eſt nō ꝓximitate ſanguis: ſed ſocie-
tate rōnis. Cōſtat autē ꝙ ⁊ ipſi rōnales ſunt ſicut et
2o nos: ergo vt nos diligēdi. Itē in eis eſt imago dei
hec aūt eſt rō diligēdi nos ⁊ ꝓximū: ḡ diligēdi ſunt
In ꝯtrariū ex charitate. Sed cōtra eſt ꝙ deformati ſunt intā
ꝙ non. tū ꝙ beatitudinē nunq̄ȝ nobiſcū participabūt: ergo
nō ſunt diligēdi ad qđ nos diligimꝰ: ſed hoc eſt dili
gere ꝓximū ſicut nos: ergo nō diligēdi ſunt vt ꝓxi-
Solꝰ mus. Solꝰ dōm ꝙ mali diligēdi ſt̃ vt ꝓximi: nō
q̄ mali ſȝ ad bonū ad qđ ſunt poſſibiles: dānati aūt
Ad rōes ꝯ ⁊ demones nō. Ad primā aūt ⁊ ſecūdā rōnē dōm
q̄ſtiūculā. ꝙ nō ſufficit ſocietas rōnis vel imaginis niſi ſit ordi
nata ad percipiendū beatitudinē.

Arti. VII. An chriſtus inquantū homo ſit diligēdus
D ſupra nos.

Einde q̄rit̃ ð hoc qđ dīc ibi [Ex q̄ ⁊ dñs ꝓxi-
D mū nr̄m ſe dicere voluit ⁊c̄.] .ð.b. Et q̄rit̃ h̄
vtrū dñs noſter ieſus xp̄s inquātū homo ſit
Arguit̃ p̄o diligēdēs ſupra nos: ⁊ videt̃ ꝙ ſic q̄ caput diligen-
ꝙ ſic. duȝ eſt ſup̄ mēbꝝ: ipſe aūt inquātū homo eſt caput:
2o ergo ſupra nos diligēdꝰ. Itē ipſe eſt noſter redem
ptor: redēptor aūt eſt ſupra redēptos: ergo eſt ſupra
Rō in ꝯtrariū eos diligēdꝰ: ⁊ alia multa pñt induci. Sed cōtra
prima natura cū gratia plus afficit̃ circa bonū ꝓpriū: ergo
plus diligit illud: ergo nihil qđ nō eſt totū bonū eiꝰ
diligit pluſq̄ȝ ſe: xp̄s aūt inq̄ntū hō nō eſt totū bonū
2a eius: ergo nō diligit eū plus q̄ȝ ſe. Itē in lr̄a dī ꝓ-
ximꝰ: ergo diligēdꝰ ſicut nos: ergo cōcedit̃ nob p̄n-
Solꝰ cipalitas: ergo plus diligimꝰ nos q̄ȝ eū. Solutio
ad totū per dōm ꝙ prima eſt duplex: cū dī xp̄s inquātū hō ⁊c̄.
diſtinctōeȝ Ex quo li inquātū pōt dicere vnionē pſone: ⁊ ſic ſu-
pra nos eſt diligēdꝰ vel cōditionē nature: ⁊ h̄ dupli
citer. ſ. nature vt nō vnite: ⁊ tūc nec caput nec redem
ptor eſt: vel nature vt vnite ⁊ ſic caput ⁊ redēptor. p̄-
mo mō nō eſt diligēdꝰ ſup̄ nos: ſcđo aūt mō diligen
dus eſt ſupra nos. ⁊ ſic patet ſolutio ad totū.

## De ordine diligendi quid pri-us quid poſterius.

DI. XXIX. de charitate q̄ntū ad diligēdi ordinem.

P Oſt predicta de ordi-
p ne charitatis agēdum eſt: q̄ dicit
ſpōſa: Introduxit me rex in cellaȝ
vinariā: ⁊ ordinauit in me charitatē. Videa
mus ergo ordinē quid prius quid poſterius
a eſſe debeat: peccat em̄ q̄ p̄ poſtere agit. Naȝ
ſcire q̄d facias ⁊ neſcire ordinē faciēdi: non
eſt ꝑfecte cognitiōis. Ordinis nāq̄ȝ ignoran
tia cōturbat meritoꝝ formā. Ordinē aūt di-
ligēdi Augꝰ inſinuat dicēs. Ipſe eſt qui or-
dinatā habet dilectōeȝ: ne aut diligat qđ nō
eſt diligendū: aut nō diligat qđ diligēdū eſt
aut eque diligat qđ minꝰ vel ampliꝰ diligen-
dū eſt: aut minꝰ vł ampliꝰ qđ eque diligēdū
eſt. Oīs pctōr inquātū pctōr eſt non eſt dili-
gendus: ⁊ oīs hō inquātū eſt hō diligēdꝰ eſt
b ꝓpter deū: deꝰ v̄o ꝓpter ſeip̄m: ⁊ deꝰ ꝓpter
c ſe oī hoī ampliꝰ diligēdꝰ eſt: ⁊ ampliꝰ quiſq̄ȝ
debet deū diligere q̄ȝ ſeip̄m. Itē ampliꝰ aliꝰ
homo diligendꝰ eſt q̄ȝ corpꝰ noſtrū: q̄ ꝓpter
deū oīa iſta diligēda ſunt: ⁊ pōt nobiſcū deo
hō ꝑfrui: qđ nō pōt corpꝰ noſtrū: q̄ corpus ꝑ
aīam viuit qua fruimur deo. Audiſti aliq̄ de
ordine charitatis vbi exp̄ſſum eſt nos ampli
us debere diligere deū q̄ȝ oēs hoīes vel noſ-
ipſos: ⁊ ampliꝰ aīam alicuiꝰ hoīs q̄ȝ corpꝰ no
ſtrū. In enumeratiōe etiā q̄ttuor diligendo
rū ſupiꝰ poſita priꝰ ponit̃ qđ ſupra nos eſt: ſe
cūdo qđ nos ſumꝰ: tertio quod iuxta nos eſt
quarto qđ infra nos eſt: vbi ordo diligēdi in-
ſinuari videt̃ ex rōne numeratōis. Nō eſt au
tē aptū vtrū oēs hoīes pariter diligere de-
beamus: ⁊ tantū quātū nos vel minꝰ.

Oſt p̄dicta de ordine charitatis agēdū eſt] A
P Hic incipit ps illa in q̄ agit de ordine cha-
ritatis. Et diuidit̃ in tres partes. In qua-
rū prima mgr̄ determinat de ordine chari-
tatis penes numeꝝ diligibiliū ſūptū quē ponit Au-
gu. In ſecūda tāgit ordinē ſumptū penes gradꝰ di-
ligibiliū poſitos ab Amb ibi [Quibꝫ obuiat illud p̄
ceptū leg: honora ⁊c̄. In tertia agit de gradibꝫ cha-
ritatis nō diligibilis ibi [Sciēdū q̄d eſt diuerſos eē
gradꝰ charitatis ⁊c̄.] In primo cōtinent̃ duo: in q̄-
rū primo tāgit ordinē: in ſecūdo circa ordinē mouet
queſtionē ibi [Unde ⁊ ſup̱ hoc mouet̃ ſepe q̄ſtio quā
ꝑplexā faciūt ſanctoꝝ verba.

An charitas habeat ordinē. Arti. I

Ncidit autē q̄ſtio duplex circa primū. ſ. vtrū
I charitas habeat ordinē ⁊ de ſufficiētia ordi-
nis ipſiꝰ. Ad primū obiicit̃ ſic: Charitas Arguit̃ p̄o
eſt affectꝰ ſimplicis: affectꝰ aūt nō eſt collatiuus rei
cū re: cū igit̃ oīs ordo ſit ſm collationē: nullus or-
do videt̃ eſſe ſm affectū: charitas aūt eſt in affectu: ḡ
nullus eſt ordo ſm charitatē. Itē dicit p̄hs ꝙ ſa- 2o
pientis eſt ordinare: ergo ordo potiꝰ ē ſapiētie q̄ȝ cha
ritatis. Itē in fide mł'ti articuli ſunt q̄ p̄ſupponūt 3o
ſibi alios: ſicut reſurrectio paſſionē / ⁊ paſſio incarna
tionē: ⁊ tñ ꝓpter hmōi ordinē nō dī fides ordīata in
credēdis: ḡ videt̃ ꝙ licet dilectio ꝓximi hoc mō p̄po-
nat ſibi dilectionē dei non ꝓpter hoc dicet̃ charitas
ordinata in diligēdis. Itē ex parte ꝓximi nō vide 4o
tur aliq̄s ordo eſſe in diligēdis: q̄ dicit Augꝰ ꝙ ni-
hil diligimꝰ in ꝓximo niſi rōnem imagīs: q̄. ſ. eſt ad
imaginē dei: hec aūt eſt eq̄liter in oībꝫ: ḡ oēs diligē-
di ſunt eq̄liter: nō ergo ſm gradꝰ alicuiꝰ ordīs. Itē 5o
videt̃ ſpālit̃ nō eſſe ordo ille quē tangit Amb. ſ. ꝙ pri
mo deū: ⁊ ſecūdo nos: tertio parētes: ⁊ q̄rto filios ⁊
frēs: q̄nto domeſticos: ſexto inimicos Charitas em̄
ꝑ ſe eſt amor boni: ḡ magis boni erit magis amor: ⁊
magni magnꝰ: ergo ſm ḡdū boni determinandꝰ eſt
ordo diligendoꝝ. ⁊ nō ſm ḡdū affinitatis vel cōſan
guinitatꝭ. Itē ſapiētie ſapit bonū: ḡ ſi charitas eſt 6o
ſapor ſapiētie: vt dicit Augꝰ magis bonū ſapit ei ma
gis ⁊ minꝰ bonū minꝰ: ḡ nō eſt ordo quē ponit Amb.
Itē Augꝰ Cōſūmata iuſticia eſt: vt potiora bona 7o
magis diligāt̃: ſȝ charitas hȝ vel facit iuſticiā cōſum
matā: ſi aliq̄ v̄tutū pt̄ facere iuſticiā ꝯſumatā cū ipſa
ſit forma virtutū: ḡ ipſa plꝰ diligit potiora bona nō
attēdēs ḡdū carnał ꝓpinq̄tatis. Itē charitas nr̄a 8o

cõfigurat nos increate charitati: ſed increata chari-
tas plus diligit magis bonũ: ⁊ nõ ſm gdũ carnalis
ꝓpinquitat[is]: ergo ⁊ nr̃a charitas erit penes ordinẽ
9o boni: ⁊ nõ penes ordinẽ ꝓpinqtatis. Itẽ charitas
facit nos cõformare volũtatẽ nr̃am volũtati diuine:
ſed diuina volũtas eſt plus magis boni: q2 maiorez
magis bono apponit affectũ: ergo ⁊ nr̃a debet ſic eẽ.
1o Itẽ gr̃a corrigit naturã in illo in quo eſt curua: ſic
ergo ex parte dilectiõis dei corrigit eã: vt id diligat
ſup̲ ſe qd̓ eſt ſup̲ ſe qd̓ aũ potuit: ita corrigit etiã ex p̲-
te dilectiõis ꝓximi: vt id diligat magis qd̓ eſt mag[is]
diligẽdũ: ergo nõ attẽdit grad⁹ ꝓpinqtatis carnal[is].
Rõ in op-
poſitũ. Sed cõtra dicit apl's ad Gal. 6. Dũ tp̄s habem⁹
operemur bonũ ad oẽs: maxime aũt ad domeſticos fi
dei: ergo aliq̃ his ſunt p̄ponẽdi ſm grad⁹ quo cõiun-
guntur nobis. Itẽ h̓ dicũt ſancti in lr̃a Aug⁹ hie-
Solo. ron. ⁊ Amb. Sol'o dõm ꝙ in iſta q̃ſtiõe pl'es ſunt
diuerſoꝝ opiniões. Quidã em̃ cõcedũt ꝙ charitas
p̲ ſe nõ hꝫ ordinẽ niſi penes rõnẽ boni ſumptã: ⁊ ꝙ g̃-
dus cõiũctiõis quos tãgit Amb. poti⁹ ſint de ordi-
ne diligẽtis q̃ꝫ dilectiõis: ⁊ hñt ꝓ ſe rões inductas ⁊
alias quaſdã. ſ. ꝙ hmõi grad⁹ euacuabunt: q2 ĩ pa-
tria diligem⁹ maius bonũ / exceptis nobiſipſis: ⁊ iõ
cũ charitas maneat ĩ p̄ria dicũt ꝙ hmõi grad⁹ nõ p̲
ſe ſunt charitatis. Ad id qd̓ dicit Amb. ⁊ alij ſancti
q̃ inducunt in lr̃a: reſpõdẽt ꝙ hoc intelligit alijs pa-
ribus: q2 tũc natura cõcordat cũ gr̃a: ſi aũt imparitas
ſit in gr̃a dicũt ꝙ charitas magis ſequit ordinẽ gr̃e
q̃ꝫ nature Sed q2 triplex eſt ordo. ſ. nature tm̃ ⁊ gr̃e
tm̃ ⁊ gr̃e in natura. nature tm̃ ordo eſt vt ſe principa
liter diligat ⁊ alia pl⁹ ⁊ pl⁹ ſm ꝙ pl⁹ ⁊ plus cõiũgũ
tur: ⁊ h̓ ordo curu⁹ eſt ⁊ indigẽs correctiõe. Gr̃e tm̃
ordo eſt vt diligat deũ ſup̲ oĩa ⁊ alia plus ⁊ plus ſm
ꝙ relucet in eis de⁹: ⁊ hic ordo erit in p̄ria p̄ter h̓ ſolũ
ꝙ bonũ ꝓpriũ plus diliget q̃ꝫ bonũ alterius. vñ ibi
plus diliget de⁹: deinde nos ⁊ poſtea plus q̃ melior
eſt ⁊ quẽ de⁹ diligit. Terti⁹ ordo eſt gratie in natu-
ra ⁊ h̓ corrigit naturã in eo ĩ quo curua eſt ⁊ ſuſtinet
eã in naturalibus. Curua aũt eſt ꝙ nõ plus q̃ꝫ ſe dili-
git deũ: ⁊ iõ illud eleuat: ꝙ aũt plus ſe q̃ꝫ aliũ ⁊ con
iũctũ cõſanguinitate pluſq̃ꝫ nõ cõiũctũ: hoc de⁹ vult
nos velle: q2 hoc plãtauit in nr̃a natura: ⁊ iõ hoc nõ
Ad primũ. corrigit gr̃a: ſed p̲mittit ſecũ nature motũ. Hãc igi
tur opinionẽ ſuſtinẽdo dõm ad p̄mũ / ꝙ charitas eſt
in affectu ſm ordinez ad intellectũ. ſ. ꝙ eſt ex intelle-
ctu: ⁊ iõ põt hr̃e ex parte illa ordinẽ: licet nõ in ſe: ſed
Ad ſecũdũ. ꝙ tm̃ in ſe cõſiderat. Ad aliud dõm ꝙ ſapiẽtie eſt
ordo hoc mõ quo ordinãs ponit rõnẽ ordinis in or-
dinatis: ſed charitas ordinata eſt magiſq̃ꝫ ordinet /
vñ ip̄a eſt ordinatoꝝ ſm g̃dũ ordĩs: ⁊ hoc hꝫ ipſa ſm
ꝙ eſt in ſubiecto qd̓ eſt affect⁹ p̲ intellectũ ſapiẽtie or-
Ad tertiũ dinãtis. Ad aliud dõm ꝙ nõ eſt ſil'e de fide: q2 fi-
des nõ vnit articulis rõe ei⁹ in quo differũt articu-
li: ſed poti⁹ rõne prime v̓itatis q̃ eſt in oĩbus eis: ſed
charitas eſt maioris affect⁹ ⁊ minoris ſm dĩam g̃-
Ad quartũ duũ. Ad aliud dõm ꝙ finalit in ꝓximo nihil dili-
gitur niſi rõ imagĩs relata ad deũ p̄ oĩbus dilectũ: ſed
materialit nõ: q2 gradus dñs eſt materia amoris
ſm ꝙ charitas eſt in natura / ⁊ cũ natura diligentis
Ad quintũ nõ euacuãs eã. Ad aliud argumẽtũ dõm qd̓ ꝓce-
dit de ordine charitatis in ſe: ⁊ nõ ſm ꝙ eſt mouens
Ad ſextũ cõiunctũ cũ natura diligẽtis. Ad aliud dõm ꝙ oĩs
ſapor quẽ h̓ poſſum⁹ hr̃e cõtẽp̲at nature: ⁊ iõ nõ tm̃
bonũ erit rõ mouẽs dilectionẽ: ſed bonũ ad naturã
aliq̃ ordinatiõe cõiũctõis. Ad aliud dõm ꝙ illa au Ad 7m
ctoritas ꝓcedit de potioribus bonis ⁊ alijs paribus ⁊ nõ
ſimpl'r. Ad aliud dõm ꝙ cõformam⁹ volũtatẽ no- Ad octauũ
ſtrã volũtati diuine in hoc ꝙ de⁹ vult nos hoc velle: ⁊ nonũ.
hec em̃ eſt cõformitas ſufficiẽs in via vt ꝓbatũ eſt in
p̄io lib. di. vl. Per h̓ aũt p̲ꝫ ſol'o ad ſequẽs. Ad vl Ad decimũ
timũ dõm ꝙ corrigit eã in quo ẽ curua: ⁊ hoc tm̃ eſt
in dilectiõe dei: q2 iuſtũ eſt ꝙ ille plus q̃ꝫ nos diliga
tur q̃ eſt totũ bonũ qd̓ eſt rõ dilectõis oĩm diligẽdoꝝ
ſed ſic nõ eſt in alijs: iõ nõ eſt neceſſe ꝙ illa parte na-
tura corrigat.

## Que ẽ ſufficiẽtia ordinũ iſtorũ ĩ charitate. Arti. II.

B

Ecũdo querit de ſufficiẽtia ordinũ iſtoꝝ ⁊ vt
meli⁹ intelligat ponat vterq̃ꝫ ordo. Eſt igit
ordo Augu. iſte ꝙ de⁹ primo ⁊ ꝓpter ſe ⁊ ſup̲
oĩa diligẽd⁹ eſt: ſecũdo noſipſi: tertio ꝓxim⁹ q̃ iuxta
nos eſt ſicut noſipſi: q̃rto corp⁹ noſtrũ qd̓ ſub nob eſt
min⁹ q̃ꝫ aĩa ꝓximi. Amb. autẽ ꝙ primo de⁹ / ſecũdo
nos / tertio parẽtes / q̃rto filij ⁊ frẽs / quĩto domeſti-
ci / ſexto inimici. Videt aũt prim⁹ ordo ĩſufficiẽs: q̃a Arguit p̄o
aĩa ꝓximi poſtponit aĩe nr̃e / tũc videt ꝙ etiã corp⁹
ꝓximi dꝫ poſtponi corpori nr̃o: ⁊ hoc nõ dicit Aug⁹
q2 tm̃ inter q̃ttuor ponit ordinẽ. Itẽ videt ex p̲te 2o
dei inſufficiẽs: q2 multa ſunt bñficia dei / quoꝝ vnũ
magis cõiũgit nobis deũ q̃ꝫ aliud vt redẽptio mag[is]
q̃ꝫ creatio vt dic btũs Bern. Multũ difficultatis aſ
ſumpſit / vt te multe dilectõis debitorem cõſtitueret
ãmoneretq̃ꝫ gratiarũ actiõis difficultas redẽptiõis
quẽ min⁹ deuotũ fecerat creatiõis facilitas: ergo vi
det penes hmõi eẽ ordo q̃ ſunt creator / redẽptor / glo
rificator ⁊ gubernator ⁊ hmõi: ⁊ hunc ordinẽ neuter
tãgit. Itẽ videt Amb. diminut⁹: inter domeſticuz 3o
em̃ ⁊ inimicũ ſunt multi grad⁹. ſ. affinis / conciuis ⁊
cõpaternalis ⁊ hmõi: ⁊ ipſe nõ ponit illos. Itẽ int 4o
filios ⁊ fratres ⁊ domeſticũ ſunt multi g̃dus cõſan
guinitatis quos ipſe dimittit: ergo eſt diminutus.
Itẽ vxor diligẽda eſt ſicut p̄cipit apl's ad Eph. 4. 5o
Viri diligite vxores veſtras: ⁊ tm̃ ipſe non ponit eã.
Itẽ ml'te ſunt ſocietates hoĩm / vt dñs / ſeru⁹ / ma 6o
giſter / diſcipulus / p̄lat⁹ ⁊ ſubdit⁹ ⁊ hmõi: quoꝝ hic
nihil tangit: ergo videt eſſe inſufficiẽs. P̄ ip̄e Am- 7o
bro. videt p̲uertere ordinẽ: q2 dic ꝙ domeſtici boni q̃
ſunt q̃nto loco malis filijs ſunt p̄ferẽdi q̃ ſunt quar-
to loco. Itẽ videt ꝙ id qd̓ eſt quarto loco p̄ferendũ 8o
ſit ei qd̓ tertio loco ẽ poſitũ: q2 dicit apl's. 2. Coꝝ. 12.
nõ debẽt filij parentibus theſaurizare: ſed parẽtes fi-
lijs: ẽ p̄ferẽdi ſunt filij parentibus: cũ tm̃ filij ponãtur Solo
q̃rto loco ⁊ parẽtes tertio. Sol'o dõm vt mihi v[idetur] ad p̄ncipa-
ꝙ ordo quẽ ponit Aug⁹ accipit ſm gñales dĩas di- le ⁊ ad p̄m
ligibilis: illi aũt ſunt vt ſupra dictũ eſt qd̓ ſupra nos 2m ⁊ 3m
eſt ⁊ qd̓ nos ⁊ qd̓ eſt iuxta nos ⁊ qd̓ eſt ſub nobis re-
latũ ad btĩtudinẽ ex cõſortio aĩe rõnalis / nec p̄nt in-
telligi plures cõiũctiões: q2 dextrũ ⁊ ſiniſtrũ nõ di-
cunt niſi id qd̓ eſt iuxta: ⁊ ſil'iter ante ⁊ retro: ergo re
manet tm̃ qd̓ ſup̄ ⁊ infra ⁊ qd̓ noſipſi ⁊ qd̓ iuxta nos
eſt: qualiter aũt id qd̓ eſt iuxta cõp̄hendit angelos ⁊
alia quedã prius dictũ eſt. Ordo aũt quẽ tãgit Au-
gu. ſm pri⁹ ⁊ poſteri⁹ ſic intelligit: q2 em̃ charitas
eſt vna virt⁹ neceſſe eſt ꝙ habeat vnã rõnẽ boni mo
uentem: ⁊ quod habet illud bonum vel etiã habebit
ſic erit primũ ⁊ p̲ ſe ⁊ ſup̲ oĩa dilectũ hoc eſt deus qui
primo loco ponit ⁊ alia diligũt in deo ⁊ ad deũ: vt
dic in p̄cedẽti di. mgr̃ In deo ſi ſunt ĩ deo vt amici q̃

amicicias agūt .i.bona opa q̄ ſola dicunť facere amicos. Ad deū aūt ſi nō ſunt in deo: vt amici agētes inimicicias.i.pctm̄: ⁊ inter illa intercidit etiā ordo: cū em̄ dicit: Diliges ꝓximū tuū ſicut teipm̄: li ſic̄ duo dicit.ſ.ordinē ⁊ rōnē diligēdi ꝓximū. Ordinē qꝛ nemo diligit aliū ſicut ſe niſi ſupponať primo ꝙ ſe diligat: ergo ſe primo ⁊ aliū cōſequēť: ecce ordo: rōnē autē tāgit Augꝰ: qꝛ ſic exponit.i.ad qđ teipm̄ .ſ. in deo vel ad deū: nō eſt autē vna relatio ad deū corporis ⁊ aīe in nobis: ⁊ iō fit in duplex gradꝰ: ſed non in primo: qꝛ totꝰ eſt iuxta nos ⁊ in corpe ⁊ in aīa. ⁊ ſic pꝫ ſol'o ad primū: ⁊ rō ordis quē ponit Augꝰ. Ex parte aūt dei nō pōt eſſe ordo: qꝛ oīs ordo eſt inť diuerſa: ⁊ iō ordo dilectiōis ſupponit diuerſitatē diligibiliū Unde licet multis rōnibus deū diligamꝰ tn̄ eſt idē qđ diligimꝰ et iō nō eſt ibi ordo. ⁊ ꝑ hoc pꝫ ſol'o ad ſecūdū. Ordo aūt Amb. aliter accipiť: qꝛ ille eſt charitatis non ſimpl'r: ſed in natnra noſtra: ⁊ iō admittit inclinationē nature/aut igiť tm̄ ſm rōnē charitatis aut ſm rōnē nature magis. Si primo mō tūc eſt primus gradꝰ q̄ totꝰ eſt in rōne optimi ſumptꝰ: vt diligere deū ꝑ ſe ⁊ ſuꝑ oīa: ſi aūt eſt ſm rōnē nature/aut dicit ſolā nature cōformitatē/aut vinculū ſocietatis ſuꝑadditū. Si primo mō tūc eſt vltimꝰ gradꝰ/vt diligere inimicos cū qb' nihil cōe habemꝰ niſi naturā. ſi aūt eſt ex vinculo ſocietatis/aut illa ſocietas eſt ex cōuictu/aut ex ꝓpagine. ſi ex cōuictu tūc intelligiť q̄n tus q̄ eſt domeſticꝰ: ⁊ nō intelligiť tm̄ de domo materiali: ſed de eccl'ia q̄ viuūt in cōformi vita: ſicut dic̄ ps̄.24. Jn domo dei ambulauimꝰ cū cōſenſu. ſi aūt eſt ex ꝓpagine/aut ſm lineā deſcēdēdi/aut aſcēdēdi/aut ſm id qđ deſcēdit/vel a quo eſt deſcēſus. ſi ſm id qđ deſcēdit ſic eſt ſecūdꝰ gradꝰ q̄ eſt qđ nos ſumꝰ vel ſm lineā aſcēſus: ⁊ ſic eſt tertiꝰ/q̄ eſt diligere parentes: ſi ſm lineā deſcēſus/ſiue directe ſit a nobis/ſiue ex eo ꝙ ambo deſcendimꝰ ab vno nō facit niſi vnum gn̄alem gradū q̄ eſt quartꝰ vt filij ⁊ parētes fratres

Ad quartū ⁊ hmōi. Ad id aūt qđ cōtra obijciť dōm meo iudicio ꝙ oēs illi gradꝰ cōtinenť ſub domeſtico domꝰ ſpiritualis ⁊ nō dicūt niſi differētes modos cōuerſan-

Ad quintū di ī domo dei que eſt eccl'ia. Ad aliud dōm ꝙ vxor inquātū vxor cōiūcta eſt idē corpꝰ: vt dicť Gen̄.2. Erūt duo in carne vna: ⁊ iō intelligiť quo ad corpꝰ in dilectione noſtri quo ad id qđ ſub nobis eſt: ⁊ quo

Ad ſextū. ad aīam in dilectiōe dei. Ad aliud dōm ꝙ ille ſocietates ſunt ſpāles ⁊ dicūt diuerſos modos domeſtici. Sūt tn̄ q̄ rōnes illas cōcedūt dicētes ꝙ aliť nō tāgit h ordinē niſi ad quē inclinat natura: vxor autē cōiungiť ꝑ modū ſacri: ⁊ alie cōiūctiōes ſunt ꝑ modū bn̄ficij vel gratie: ſed h nihil eſt: qꝛ dī in l'ra ꝙ parentes ſpūales in parētib' intelliguntť: ⁊ hoc pꝫ eſſe falſum: qꝛ natura nō inclinat ad diligēdū vxorē vel

Ad 7m. dn̄m: ſed inclinat ad diligēdū inimicū. Ad aliđ dicēdū ꝙ nō ꝑuertiť ordo: qꝛ iſte ordo ītelligiť alijs paribꝫ: ſed imparib' circūſtātijs bn̄ pt q̄ntū ī aliquo caſu fieri priꝰ tertio vel q̄rto: ⁊ h infra determinabiť.

Ad octauū Ad aliud dōm ꝙ parētib' deficit q̄n accreſcit filijs ⁊ iō parētes magis ſunt deſtituti: ⁊ iō ſi indigēt p̄ferēdi ſunt filijs ſi nō pōt vtriſqꝫ ſubueniri.

Ad ꝓbatōꝫ ex apl'o. Ad dictū apl'i dōm ꝙ theſaurizare nō dic̄ ſupplemētū indigētie: ſed potiꝰ abūdātie: ſed in illa magis tenemur filijs q̄ intrāt q̄ꝫ parētib' q̄ ſunt in exeūdo.

Arti. III. An ordies iſti poſſint variari an ſint nc̄c̄tat'

E Einde queriť de hoc qđ dicit ibi [Peccāt em̄

D q̄ p̄poſtere ⁊c̄.].s̄.a. Ex hoc em̄ videť ꝙ ordo iſte ſit neceſſitatis ⁊ hoc non videtur: ponatur em̄ ꝙ

Arguiť p̄o p̄ri faciā q̄cq̄d debeā: tunc in nullo ero reꝰ ꝯ ipm̄. Cū aūt hoc nō ſit finitū qđ ei facio poſſum alij facere plꝰ ergo diligēdo eū q̄ domeſticꝰ eſt pluſq̄ꝫ p̄rem ago p̄repoſtere: ⁊ tn̄ nō pecco.

2o Itē aliq̄s eſt in religiōe ⁊ videt p̄rem neceſſe habētē: ⁊ nō pōt ſubuenire niſi exeat de religiōe ad lucra faciēda/aut ergo iſte tenetur apoſtatare aut nō. ſi ſic tūc cū apoſtaſia ſit ſcādalū et cōtra obediētiā/tūc iſte teneť ad pctm̄: ſi non ergo in aliquo caſu pōt p̄poſtere agere ſ. p̄ponere dilectiōeꝫ ſue cōgregatiōis p̄ri carnali ⁊ nō peccabit.

3o Itē ponamus aliquē eſſe in ſeculo ⁊ hr̄e p̄rem indigētē/⁊ ſe ꝑiculoſe in ſeculo cōuerſari cū continuo metu caſus. cōſtat ꝙ ille magis ſibi q̄ꝫ patri teneť ꝓuidere: g̊ debet relinq̄re patrē indigētē ⁊ fugere ad locū ſecuritatis.

4o Itē hoc videť ꝑ filios zebedei/q̄ vocati a dn̄o relicto p̄re ſecuti ſunt dn̄m: cū tn̄ pater fuerit pauper ⁊ ſenex: ⁊ etiā nihil legiť de ꝑiculoſa cōuerſatiōe eorū. ergo videť ꝙ ordines illi p̄nt variari: ergo nō ſūt ordines neceſſitatis.

Sol'o Sol'o ſine preiudicio dico ꝙ ſuppoſita cauſa ſufficiētis ordinis ordo eſt neceſſitatis ita ꝙ ſine ipſo incidit pctm̄. cām ordinis dico indigentiā ex parte vna.ſ. parētū vel filioꝝ vel aliorū et ſecuritatē ex parte ſua ⁊ poſſibilitatē ad ſubuētionē ex reb' fortune vel artificio.

Ad primū. Ad primuꝫ g̊ dōm ꝙ nūq̄ꝫ facio p̄ri qđ d̄beo niſi ego īpēdā ei plꝰ affectꝰ q̄ꝫ alij ceteris parib': qꝛ ſi p̄r eſt malus ⁊ aliꝰ bonꝰ affectus nature manet q̄dē circa p̄rem: ⁊ g̊re effectꝰ qui fortior eſt tēdit in aliū: ⁊ in hoc non pecco ⁊ in effectu ſi ſatiſfactio p̄ri nō culpor ſi alij ex gratia facio pluſq̄ꝫ p̄ri: qꝛ hoc nō corrūpit ordinē cū ceteris parib' de affectu ſemꝑ plꝰ ſit in p̄rem ⁊ de effectu q̄ntū oportet.

Ad ſecūdū. Ad aliud dōm ꝙ q̄ eſt in religiōe meo iudicio in religione manere dꝫ: ⁊ ſi pōt hr̄e licētiā in ipſa manēs ꝑ artificiū ſuū dꝫ ſubuenire indigēti p̄ri ſi al's hr̄e vel mēdicare nō pōt: ſed exire nō teneť ꝓpter ꝑiculū ꝓpe cōuerſatōis.

Ad tertiū Ad illud qđ obijciť de eo q̄ eſt in ſeculo bn̄ cōcedo ꝙ ſi ſecurꝰ eſt in ſeculo nō teneť intrare religionē: ſꝫ ſubuenire p̄ri indigēti: ſi aūt ꝓbabiliter timet lapſum vel forte lapſus eſt tūc magis teneť ꝓuidere ſibi ⁊ pōt relinq̄re p̄rem.

Ad quartū Ad aliud qđ obijcitur de filijs zebedei iacobo ⁊ iohe dōm ꝙ forte al's habuit vn̄ viueret: vel ſciuerūt ꝙ vocās eos ei meliꝰ q̄ꝫ ipi ꝓuidere poſſet: ſic autē nō eſt de alijs q̄ nō ſunt deꝰ quos ſeq̄mur ad religionē nos vocātes.

Arti. IIII. An charitas habeat oculū ad aliquā remunerationē.

D Einde q̄riť de h qđ dicit [Deꝰ diligēdꝰ ē ꝓpť

D ſeipm̄ ⁊c̄.].s̄.b. Ex hoc videť ꝙ charitas nō

Arguiť p̄o ꝙ non. p̄t hr̄e oculū ad aliquā remuneratōꝫ: ⁊ h videtur etiā alia rōne: qꝛ dic̄ Tulliꝰ ꝙ v̄a amicicia licet cōiūctā ſibi habeat plurimā vtilitatē ⁊ delectationē tn̄ ipſa nec fundať ſuꝑ vtile nec ſuꝑ delectabile: cum igiť charitas dei verā dicat amiciciā. videť ꝙ nō intueť nature vtilitatē: g̊ nec p̄miū nec remuneratiōeꝫ.

2o Itē Ari. Amici diligēdi ſt: ⁊ ſi nihil nob debeat fieri: ergo multo magis deus.

3o Itē Auguſti. licet deo ſine premio non poſſet ſeruire tamen ſine intuitu p̄mij ſeruiendū eſt: cum igitur hoc ſit charitatis charitas non intueť p̄miū.

4o Item mercenarius vituꝑať Joh.10. Cū igiť mercenariꝰ habeat oculū ad p̄miū

5o vī ꝙ charitas n̄ ē mercēaria. Itē ꝑfecta charitas foras mittit timorē: qꝛ ſuil' ē g̊ ⁊ ſpē mercedis: qꝛ h eſt ſeruile ⁊ nō liberaliter obſequēs.

Jn oppoſitū arguiť primo ꝙ ſic Sed cōtra Luc. 15. Quāti mercēarij ī domo p̄ris mei abūdāt panib'

⁊ cõſtat ꝙ loquit̃ de domo eternitat̃:ğ illi q̃ ex cha-
ritate ſeruiũt q̃ ſoli domũ inhitãt mercẽnarij pñt eẽ.
2º Itẽ iob.7. Sicut mercẽnarij dies eiꝰ Itẽ ad abraã
3º ꝑfectũ ĩ charitate dixit deꝰ Gen.15. Ego ero merces
4º tua magna nimis. Itẽ aplꝰs Heb.10. Patia vo-
bis neceſſaria eſt vt volũtatẽ dei faciẽtes reporteris
5º repromiſſiões:ğ mercedẽ poſſumꝰ expectare. Item
ibidẽ: Nolite itaq; amittere cõfidentiã veſtrã q̃ ma-
6º gnã habet remuneratione. Itẽ aplꝰs deſe: Scio
cui credidi ⁊ certus ſum. ⁊ ſubinfert/ de reliquo re-
poſita eſt mihi corona iuſticie quã reddet mihi dñs
7º in illũ diẽ iuſtꝰ iudex. Itẽ charitas generat̃ ex ſpe:
⁊ ſpes ſemꝑ eſt mercedis:q² ipa eſt expectatio btĩtu
Solo. dinis ex meritis. Solo ad hoc dõm ꝙ eſt merces
ad obiecta q̃ nihil aliud eſt q̃ȝ deus ⁊ ea q̃ deũ cõiungũt nobis
ꝓ vtraq; ⁊ intuitũ illiꝰ mercedis nõ excludit charitas/ lȝ non
pte. reſpiciat eã vt merces eſt/ ſed vt dilectũ ad ꝑfruẽdũ
Et eſt merces tꝑalis ⁊ illã excludit charitas: q² li-
cet accipiat ſuſtẽtationẽ a tẽꝑalib: tñ nõ obſequit̃ ꝓ
illis/ ⁊ de illa loquunt̃ rões ⁊ auctates p̃mo indu
cte. de p̃ma aũt auctates ⁊ rões ꝯñr inducte. Et ꝑ
hoc patet ſolutio ad oĩa obiecta ꝓ vtraq; pte. Et q²
charitas nõ reſpicit mercedẽ eternã vt merces eſt/ ſȝ
vt amatũ ad fruendũ: iõ dicit Bern. ꝙ nõ eſt cõfiten
dũ dño q² tibi bonꝰ ſicut dicit̃ de malis: Cõfitebit̃
tibi cũ bñ feceris ei: ſȝ qm̃ bonꝰ abſolute ſicut leuite fe
cerũt qui nullã ꝑtem terrenã acceperũt inter filios
iſrael eo ꝙ dñs eſſet pars hereditatis eorũ. de alijs
aũt qui oculos habẽt ad tꝑalia verificat̃ illud de ſer
uiliter ſeruienti pplo dictũ Gen.33. Tantũmõ ocu-
lus iacob in terra frumenti vini ⁊ olei.

Arti. v
E

**An aliquis ex charitate tãtũ diligat xp̃m quantũ deũ vel ſeipſum. Et vtrũ tantũ põt diligi beatitudo creata ſicuti deꝰ. Et an plꝰ poſſumꝰ diligere deũ q̃ȝ noſmetip̃os: vl̃ tantũ vt noſmetipſos.**

Einde querit̃ de hoc qd̃ dĩc ibi [Ampliꝰ q̃ſq;
Arg. p̃mo D deũ debet diligere q̃ȝ ſeip̃m. ꝫ.c. Videt̃ eñ
poſſibile ꝙ aliq̃s ex charitate tantũ diligat ꝓ
ximũ quantũ deũ vel ſeip̃m. Quãtũ deũ/ gratia eiꝰ
nõ deſtruit ſed ꝑficit naturã: cũ igit̃ natura añ gra-
tiã plꝰ diligat deũ q̃ȝ ſe videt̃ etiã poſt gratiã faciet
2º idem. Itẽ natura diligit ſe ⁊ diligit deũ. ſi igit̃ ine-
qualib eq̃lia addã:ğ q̃ relinquunt̃ ineq̃lia erunt ſic̃
priꝰ:ğ addita gr̃a natura adhuc plꝰ diligit ſe q̃ȝ deũ
3º Itẽ finita eſt charitas q̃ diligimꝰ deũ/ ⁊ finitꝰ eſt
actꝰ eius: ſil̃r finitꝰ eſt actꝰ quo diligimꝰ nos ⁊ ꝓxi-
mũ: ſtet igit̃ actꝰ dilectiõis dei ⁊ intendat̃ actꝰ dile
ctiõis ꝓximi poteſt tantũ intẽdi ꝙ equaliter vel ex-
creſcet ſuꝑ illũ/ ⁊ tñ ſemꝑ erit charitatis actꝰ:ğ poſſi
bile eſt ex charitate plꝰ diligere ꝓximũ vel ſe q̃ȝ deũ.
4º Itẽ in ꝓximo nõ diligit̃ niſi deꝰ:ğ eq̃lit̃ deꝰ ĩ ſe ⁊ ĩ
ꝓximo: cũ igit̃ hoc ſit diligere ꝓximũ tm̃ diligi põt ꝓ
ximꝰ ſicut deꝰ. Itẽ Aug. Inuiſa poſſumꝰ diligere
nõ incognita:ğ cuiꝰ maior eſt cognitio maior eſt di-
lectio/ ſȝ ꝓximũ ⁊ nos meliꝰ cognoſcimꝰ:ğ mag̃ di-
6º ligimꝰ. Itẽ habitꝰ eq̃lit̃ ſe hȝ ad vnũ/ ſicut ad aliud
q² in dormiẽte ẽ eq̃le vtrũq;: ğ etiã eq̃lit̃ ꝓgredit̃ in
In oppoſitũ ero p̃ma vtrũq; actũ. Sȝ ꝯ/ ſi eq̃lit̃ põt eligere vnũ ſicut aliũ
tũc nullꝰ eſt ordo. Itẽ charitas eſt eſtimatrix bono
2ª rũ:ğ infinitũ bonũ ſine ꝓportiõe diligit plꝰ q̃ȝ finitũ
deꝰ aũt ẽ infinitũ bonũ:ğ ſine ꝓportiõe diligit deum
3ª pluſq̃ȝ ꝓximũ. Itẽ deꝰ diligit̃ ſuꝑ oĩa:ğ ſꝑ ⁊ ſuꝑ ſe ⁊
ſuꝑ ꝓximũ. Vlteriꝰ q̃rit̃ ſi tantũ põt diligi btĩtudo q̃ſtiũc̃la 2ª.
creata ſicut deꝰ: videt̃ eñ ꝙ ſic: q̃ntũ eñ iſte diligit
deũ tãtũ diligit ꝑfrui deo/ ⁊ q̃ntũ diligit ꝑfrui deo
tantũ diligit btĩtudinẽ q̃ fruit̃: hec aũt eſt creata btĩ
tudo:ğ q̃ntũ diligit deũ tantũ diligit aliquã creatu-
rã. Vlteriꝰ q̃rit̃ vtrũ plꝰ poſſumꝰ diligere ꝓximũ q̃ſtiũc̃la 3ª.
q̃ȝ noſip̃os vel tantũ/ videt̃ ꝙ ſic: q² rõ boni eſt rõ di Arg. ꝙ ſic.
lectiõis:ğ vbi mag̃ bonũ maior erit dilectio/ ſȝ ĩ ꝓ-
ximo freq̃nt̃ eſt maius bonũ:ğ maior dilectio ꝓximi
q̃ȝ nr̃i. Itẽ vna rõ dilectiõis eſt nr̃i ⁊ ꝓximi. ſ. in dõ 2º
vel ad deũ:ğ ſi ꝓximꝰ magis eſt in deo q̃ȝ nos videt̃
ꝙ ꝓximũ mag̃ diligamꝰ q̃ȝ nos. Itẽ ꝟtute locutio 3º
nis nõ vr̃ importari ordo inter nos ⁊ ꝓximũ: q² dr̃/
diliges ꝓximũ tuũ ſicut teip̃m:ğ videt̃ ꝙ tantũ dili
gere debemꝰ ꝓximũ ſicut noſip̃os. Sȝ cõtra h̃ ẽ qd̃
dicit Augꝰ/ ⁊ habitũ eſt ſupra diſtin. xxvij. ꝙ nobis
dat̃ principalitas dilectõis cũ dr̃/ diliges ꝓximũ tu
um ſicut teip̃m. Solo dõm ꝙ impoſſibile eſt aliq̃d Solo.
ex charitate tãtũ diligere ſic̃ deũ ſicut bñ ꝓbãt rões
ad h̃ inducte. Sȝ tñ notãdũ cũ dr̃ deꝰ infinite diligi
plus q̃ȝ ꝓximꝰ nõ ponit̃ infinitũ actu: ſȝ ſic intelligi
tur ꝙ nũq̃ȝ tãtũ diligit̃ ꝓximꝰ q̃n ſine cõꝑatõe plus
debeat diligi deꝰ: ⁊ hoc iõ eſt: q² nulla rõ ẽ quare ex
charitate diligamꝰ aliq̃d niſi deꝰ ſolꝰ ſit:ğ ip̃e ſꝑ re-
manet ꝑſe dilectꝰ ⁊ magis dilectꝰ q̃ȝ aliq̃d qd̃ ꝓpter
ip̃m diligimꝰ. Dõm igit̃ ad primũ ꝙ nõ poſſe dili- Ad primũ
gere deũ ſupra ſe/ ſi tñ hoc eſt verũ (vt q̃dã dicũt) non
eſt nature poſſe/ ſȝ potiꝰ impotẽtia illa: ⁊ iõ illã ĩꝑfe
ctionẽ emẽdat gr̃a aduenies/ ſȝ reſpectu ꝓximi nõ ẽ
impotẽtia: q² nõ ẽ ꝯ ordinẽ rectũ ĩ q̃ ꝓpriũ bonũ alte-
riꝰ bono ꝑponit̃. Ad aliõ dõm ꝙ hoc verũ eſt vbi Ad 2m
additio vtrobiq; ẽ eq̃lit̃/ ⁊ eq̃lit̃ ſe habẽt ad additũ il
la q̃b fit additio. Sȝ hoc nõ eſt verũ: q² cũ dr̃/ natu-
ra diligit deũ eſt impotẽtia in dilectiõe. Cũ aũt dr̃/
diligit ſe eſt poſſe in ip̃a: ⁊ iõ gr̃a aduenies excludit
impotẽtiã ⁊ nõ deſtruit id qd̃ fuit potẽtie. Ad aliõ Ad 3m
dõm ꝙ finitꝰ eſt actꝰ charitatis in ſe q̃ diligit̃ deus
ſȝ bñ iꝑproportionatũ eſt illi q̃ diligit̃ ꝓximꝰ: q² rõ ip
ſius: vñ nõ eſt rõ intẽtiõis in actu dilectiõs ſui vl̃ ꝓ
ximi niſi in rõne intẽtiõis dilectiõis dei: ⁊ iõ nunq̃ȝ
cõparabit̃ vl̃ ſi eq̃bit̃ nõ erit actꝰ charitatis ſȝ dile-
ctiõis ꝑuerſe. Ad aliud dõm ꝙ licet finalit̃ in ꝓxi- Ad 4m
mo non diligat̃ niſi deꝰ/ tñ materialit̃ ĩ eo diligit̃ et
ille materiales diſpõnes vt gratia creata ⁊ familia
ritas ⁊ hmõi ſunt rõ actꝰ dilectõis/ licet nõ ſint cha
ritatis ꝓximi vel noſtri. Ad aliud dõm ꝙ meliꝰ no Ad 5m
tũ dicit̃ dupliciť. ſ. ꝙ li meliꝰ põt eſſe nomẽ/ ⁊ ſic di-
cit diſpõnem obiecti dilectõis/ vel aduerbiũ/ ⁊ ſic di
cit diſpoſitionẽ actꝰ noticie: et primo mõ verũ eſt ꝙ
meliꝰ notũ eſt ex charitate mag̃ amatũ/ ſi eſt increa
tũ bonũ. ſecũdo mõ falſum eſt: q² dicit Augꝰ nihil ꝓ
hibet nos amare magis qd̃ ignoramꝰ dũmodo cre-
damꝰ ipſum eſſe meliꝰ q̃ȝ qd̃ ſcimꝰ. Ad aliud dõm Ad 6m
ꝙ falſum eſt ꝙ habitꝰ equalit̃ ſe habeat ad vtrunq;
quia ad deũ ſe habet vt ad cauſam et rõnem omniũ
alioꝝ diligibiliũ/ ſed ſic nõ habet ſe ad alia. Ad id Ad. q. 2am
qd̃ vlteriꝰ querit̃ dicendũ ꝙ ſophima eſt in ꝓceſſu a
primo ad vltimũ: q² nõ ſumit̃ eadẽ rõ diligibilium/
cum dicit̃/ quãtũ diligit deũ tantũ diligit frui. Frui
ſumit̃ pro inheſiõe increati: ⁊ cum dicit̃/ quantũ di-
ligit frui tantũ diligit beatitudinẽ qua fruitur/ ſi li
qua dicit cauſam efficientẽ tunc verũ eſt: quia tunc
beatitudo ſupponit beatitudinẽ increataȝ: ſi autẽ li
qua dicit cauſam formalẽ tunc falſum eſt: q² tũc ſup-

Ad.q.3am ponit creatā btitudinē/ꝛ tunc variaꝛ rō diligibilis.
Ad primū et 2m Ad id qđ adhuc vlteriꝰ q̄riꝛ dōm ꝙ nec debet nec pōt ꝓximꝰ plus diligi q̄ noſipſi ſm aīam. Ad id qđ cōtra obijciꝛ dōm ꝙ hoc verū eſſet ſi ſola rō boni in hoc ordine moueret: hoc aūt nō eſt verū immo mo uet bonū ordinatū ad naturā: ꝛ in hoc magꝭ mouet bonū ꝓpriū q̄ alteriꝰ ſicut etiā dicit phus ꝙ nihil ꝓ hibet quedā minꝰ bona magis eſſe eligenda qbuſdā q̄ magis bona vt pauperi ꝛ indigenti magis eſt eli
Ad 3m gendū ditari q̄ phari/licet phari ſit ſimpliciꝛ meliꝰ Per hoc etiā pꝫ ſolutio ad ſequens. Ad vltimū di cendū vt ſupra in ꝑncipio iſtiꝰ lectiōis dictū eſt ꝙ cū diciꝛ diliges ꝓximū tuū ſicut teipm: ibi ſicut teipm īportat ordinē dilectōis ꝛ rōnē ꝛ tūc ceſſat obiectio.

## An omnes homines pariter di ligendi ſint.

Uñ etiā ſup hoc ſepe moueꝛ queſtio quā ꝑ plexā faciūt ſctōꝝ verba varie ꝓlata. Qui dā eñ tradere videnꝛ ꝙ pari affectu oēs di ligendi ſint: ſed in effectu.i.in exhibitiōe ob ſequij diſtinctio obſeruanda ſit. Uñ Augu ſti. Oēs hoīes eque diligendi ſunt: ſꝫ cū oī bus ꝓdeſſe nō poſſis his potiſſimū cōſulen dū ē q̄ ꝓ locoꝝ ꝛ tēpoꝝ vꝉ q̄rūlibꝫ reꝝ opor tunitatibꝰ cōſtrictiꝰ tibi q̄ſi quadā ſorte iun gunꝛ. Pro ſorte eñ habendū eſt quo quiſq̄ tibi tꝑaliter colligātiꝰ adheret ex q̄ legis po tius illi dandū eſſe. Idē ſup ep̄lam ad Gal.
Gal.6. Opemur bonū ad oēs maxime aūt ad do meſticos fidei: id eſt ad xp̄ianos. Oībꝰ eñ pari dilectiōe vita eterna optāda eſt: ꝛ ſi nō oībꝰ eadē poſſunt exhiberi dilectiōis offi cia q̄ fratribꝰ maxime ſunt exhibenda: qꝛ ſi bijnuicē membra q̄ hñt eundē patrē.ſ. deū.
Matth.23 His alijſq̄ teſtimonijs innitunꝛ q̄ dicūt om nes hoīes pariter diligēdos eē charitatis af fectu: ſed in opis exhibitiōe differentiā.

## Que his repugnare videnꝛ.

Deut.5. Quibꝰ obuiat illud ꝑceptū legis de diligen dis ꝑentibꝰ: Honora patrem tuū ꝛ matrē vt ſis longeuꝰ ſup terrā. Ut q̄d eñ ſpāliter il lud ꝑciperet de parētibꝰ niſi maiori dilectio ne forēt diligēdi. Sed hoc illi referendū di cunt ad exteriorē exhibitōnē: in qua ꝑponē di ſunt parētes. Uñ honora dixit nō dilige. Obuiat etiā illud qđ Hieroꝰ ſup Ezechielē ait: ſcꝫ vt ordine charitatis ſicut ſcriptū eſt.
Canti.1. Ordinauit in me charitatē. Poſt oīm patrē deū: carnis quoq̄ pater diligaꝛ: ꝛ mr ꝛ filiꝰ: ꝛ filia frater ꝛ ſoror. Ambro. quoq̄ diligēdi ex primēs ordinē ſup illud canticoꝝ capitu lo primo: Ordinauit ī me charitatē ait Mul torū charitas inordinata eſt qđ in primo eſt ponūt tertiū vel quartū. Primo deꝰ diligen dus ē: ſcđo parētes: inde filij: poſt domeſtici q̄ ſi boni ſunt malis filijs ꝑponēdi ſūt. Scđm hoc in euāgelio ad cuiuſq̄ dilectōnē: ꝓpriū ponit: Diliges dñm deum tuū ex toto corde Matth.22
tuo ꝛ ex oībus viribꝰ tuis: ꝛ ꝓximū tuū ſi cut teipm: ꝛ inimicos nō ex tota virtute: nec ſicut teipm ſed ſimpl'r: ſufficit eñ ꝙ diligimꝰ ꝛ nō odio habemꝰ. Ecce ex premiſſis aperte inſinuaꝛ q̄ in affectu charitatis diſtinctio ſit habenda: vt differēti affectu nō pari hoīes diligamꝰ: ꝛ ante oīa deū: ſecūdo noſipſos tertio parētes: inde filios ꝛ fratres: poſt do meſticos: demū inimicos diligamꝰ. Sed inq̄ unt illi que de ordine dilectiōis ſupra dicūt eſſe referēda ad opeꝝ exhibitionē: que dif ferenter ꝓximis exhibenda ſunt. Primo pa rētibꝰ: inde filijs: poſt domeſticis: demū ini micis. Deū vero tam affectu q̄ obſequij ex hibitione ante oīa diligendū.

## Qđ aliqui eorundē tantū pro ximos quantum nos debere dili gere tradunt.

Quoꝝ etiā nōnulli tradūt affectu charitatꝭ tātū ꝓximos eē diligēdos quātū noſipſos di ligimꝰ: qđ cōfirmāt auc̄tate Aug. q̄ ait: Nec illa iā q̄ſtio moueat: quātū charitatis fratri debeamꝰ impendere quantū deo. Incōpabi liter plus deo q̄ nobis: fratri vero q̄ntū no bis. Nos aūt tanto magis diligimꝰ: quanto magis diligimꝰ deū. Ex hoc ꝛ ꝑmiſſis teſti monijs Aug. aſſerūt oēs hoīes pariter eſſe diligendos a nobis ꝛ tantū quantū nos: de um aūt plus q̄ nos: corpus vero nr̄m minꝰ q̄ nos vel ꝓximos. Nec in enumeratione pre miſſa diligendoꝝ ordinē diligendi aſſigna ri dicūt: ſed tm̄ q̄ ſunt diligenda.

## Scđm alios nō pari affectu om nes diligendi ſunt.

Uerū qꝛ ꝑmiſſa ꝟba Amb. ordinē diligēdi ſm affectū magis q̄ ſm effectū diligēter in tuētibꝰ explicare videnꝛ: nō indocte alij di cūt nō mō in exhibitiōe opis: ſꝫ etiā ī affectu charitatis ordinē differētē eē ſtatutū: vt an te oīa diligamꝰ deū: ſecūdo nos: tertio pa rentes: quarto filios vel fratres ꝛ hmōi: po ſtea domeſticos: demū inimicos. Qđ ꝟo au gu. dicit pariꝛ oēs eſſe diligēdos: ꝛ pari di lectiōe oībꝰ vitā optādā: ita accipi pōt vt pa ritas non ad effectū referaꝛ: ſed ad bonū qđ eis optaꝛ: qꝛ charitatē omnibꝰ optare debe mus vt paria bono mereanꝛ. Sicut apoſtolꝰ

1.Coꝛ.7. dicit: Uolo oēs hoīes eſſe ſicut me. Optanda eſt eīm minoꝛib⁹ pfectio maioꝛū vt ipſi fiant pfecti: et ſic parem mereant̃ beatitudinē Uel pari dilectiōe.i. eadē dilectiōe oēs diligendi ſunt. Itē qđ ait: vt tantū diligamus fratres quātū nos: ita intelligi pōt.i.ad tantū bonū diligam⁹ fratres ad quantū nos: vt tantū bonū eis optem⁹ in eternitate quantū nobis: ⁊ ſi nō tanto affectu. Uel ibi quantū ſimilitudinis eſt: nō quantitatis.

Arti. VI F An iſti oꝛdines penes affectum vel penes effectū vel penes vtrūq; attendant̃.

di: ſed ſi id ſpōte facit homicida eſt: etiā ſi eū
occidat quem ſcit a iudice occidendū. Infir
mi aūt q̄ ex cupiditate egyptios dece perunt
magis permiſſi ſunt hoc facere illis q̄ iure ta
lia paſſi ſunt q̄ iuſſi. Hic opponit̄ ꝙ etiā bo-
ni in iſto ope peccauerūt: q: naturalē legem
cui ꝯcordat euāgeliū ⁊ lex moralis p̄ceptio
nis trāſgreſſi ſunt q̄ eſt. Qđ tibi non vis fieri
alij ne feceris. Quā veritas ſcripſit in corde
hoīs: ⁊ q: nō legebat̄ in corde: iterauit in ta-
bulis: vt voce forinſecꝰ admota: rediret ad Eſa. 46.
cor ⁊ ibi inueniret qđ extra legeret. Hāc er-
go illi p̄uaricari vident̄ in illo facto alijs fa-
cientes qđ nolebant ſibi fieri. Sed ibi ſubin-
telligendū eſt iniuſte: vt nō alij. ſ. iniuſte fa-
cias qđ tibi nō vis fieri: alioquin huiꝰ p̄uari-
cator eſt iudex dū punit reū nolēs aliq̄d ta-
le ſibi fieri. Ita etiā ⁊ illud dñi verbū Oīa q̄ Mat. 6.
cūqꝫ vultis vt faciāt vobis homīes ⁊c̄. de bo Luc. 7.
nis accipiendū eſt que nobis inuicē exhibe-
re debemus.

An potiꝰ dādū eſt mādatū filijs de hono- Arti. VIII. D
re parentū q̄ parētū de filijs.

Einde querit̄ qđ dicit̄ in ſecūda tabula [Se
d ptē erāt mādata] Obijcit̄ eñ ꝯtra primū mā Arguit̄ ꝓ
datū: q: videt̄ debere parētibꝫ potiꝰ iniūgere ſic.
curā filioꝝ q̄ ecōuerſo cū dicat apl's. I. Coꝝ. 12. Nō
eñ debēt filij theſauriſare parentibꝫ: ſed parētes fi-
lijs. Itē querit̄ quare cū noīe parētū intelligat̄ q̄li Queſtiūcu
bet ꝓximus vt dicit Auguſti. quare non potius po- la ſecūda.
ſuit nomē ꝓximi q̄ nomē parētis: vt dixiſſet honora
ꝓximū. Itē cū in honore h̄ intelligat̄ debita reuerē
tia ⁊ ꝓcuratio neceſſarioꝝ: videt̄ ꝙ potiꝰ debet dice
re ſubueni ꝓximo q̄ honora parētes. Ulteriꝰ q̄ri Queſtiūcu
tur de ꝓmiſſiōe q̄ ſit in mādato: cū dicit̄: vt ſis lōge- la tertia.
uus ſuꝑ terrā. Aut eñ intelligit̄ de longeuitate vite
illiꝰ vel de lōgeuitate vite alteriꝰ. Si primo mō vi-
detur hr̄e inſtantiā: q: multi parētes honorāt q̄ ꝓp̄t
hoc nō ſunt logeui ſuꝑ terrā. Si ſecūdo mō tūc nihil
videt̄ eſſe dictū: q: illa logeuitas nō dat̄ vni opi bo-
no in ſpē: ſed oībꝫ vel cuilibet: ⁊ ita videt̄ ꝙ irrōnabi
lis huic mandato talis ſit ꝓmiſſio. Sol'o dōm ꝙ Sol'o
creſcēte virtute in filijs decreſcit virtꝰ in parētibꝫ ſm ad ꝓmū.
naturā ⁊ decreſcēti virtuti debet̄ ſubſidiū: ⁊ iō dñs
p̄cipit vt filij parētes honorarēt. ecōuerſo autem nō
erat opꝰ: q: natura illud cogit / eo ꝙ ſucceſſio aſcen-
dit a radice in ramos: ⁊ nō ecōuerſo. Ad aliud di- Ad q̄ſtiūcu
cendū ꝙ noīe parētis intelligit̄ q̄libet ꝓximꝰ vt ob- lā ſecūdā q̄
iectū eſt: ⁊ ſupra ꝓbatū eſt in q̄ſtione de charitate: ſꝫ ad primū.
dñs ſimul in vno p̄cepto affirmatiuo intēdit ⁊ inſi-
nuare charitatē ꝓximi: ⁊ ordinē eiuſdē. Ordo autē
nō inſinuaret̄ ꝑ nomē ꝓximi: q: illud nō exprimit ni
ſi obiectū charitatis: ſed ꝑ nomē parētis inſinuat̄ q:
illud exprimit ⁊ obiectū dilectiōis ⁊ charitatis ⁊ g̃-
dus. Alia etiā rō pōt eē hec: q: charitas eſt ꝑfectio na
ture: ⁊ vt hoc oſtēdat̄ ponit ibi nomē ad qđ ſiml' mo-

Ad ſecūdū. ueret natura ⁊ charitas: ſꝫ prima rō melioꝛ eſt. Ad
aliud dōm ꝙ ſubuenire in neceſſarijs nō eſt gñalis
actꝰ pcepti: qꝛ nō tenet niſi in caſu. ſ. ſi īdiget ⁊ ſi nos
habemꝰ facultatē: ſed imago dei inuenit̃ in oī ꝓxīo/
⁊ ſemꝑ pōt exhiberi ⁊ ꝗlibet habet ad hūc actū facul
tatē: ⁊ iō potius poſuit: honora ꝗꝫ ſubueni: licet etiā
ſubuētionē intelligat in caſu ꝓ tꝑe ⁊ loco. Et nota ꝙ
de alijs de ꝗbus hic pōt queri: qñ. ſ. ⁊ ex quo debe-
mus ſubuenire parenti: ⁊ in quibꝫ ꝑponere parētes
alijs ꝓximis ſupꝛa habitū eſt in ꝗſtiōe de oꝛdine cha
ritatis: qꝛ illa tota ꝗſtio cadit ſub iſto mādato.

## Arti. IX. I
## An qui iraſcit̃ fratri ſuo ſit reꝰ eodē iudicio quo ille qui occidit aut alio.

Einde querit̃ de hoc qḋ dicit [Secūdum eſt
D Nō occides]. ſ. a. Additio eñ de qua loqui-
tur hic ꝗ facta eſt in euāgelio Mat. v. eſt iſta:
Qui iraſcit̃ fratri ſuo reꝰ eſt iudicio ⁊c̄. vſqꝫ gehēne
Arguit̃ pᵒ ignis. Et querit̃ primo: vtrū qui iraſcit̃ ſit reꝰ eodē
ꝙ nō alio. iudicio quo ille qui occidit vel alio. Si alio tūc nō vi-
2o ꝙ eodē detur eſſe ſuꝑadditio in nouo teſtamēto. Videt̃ autē
ꝙ eodē: et glo. interlinearis ibidē ſuꝑ iſtud: Qui ira
ſcitur fratri ſuo reꝰ erit iudicio qḋ ſuꝑ de homicidio
3o dictū eſt. Sed hoc eſſe videt̃ iniuſtū ꝙ tm̄ puniat̃
4o ira coꝛdis ſicͭ homicidiū. Pꝫ oīs ꝗ iraſcit̃ fratri ſuo
5o peccat moꝛtalit̃ ſi ꝓhibet̃ hic oīs motus ire. Pꝫ cum
racha ſm glo. ſit interiectio indignātis: videt̃ ꝙ ꝗli-
bet motꝰ indignatiōis ſit pctm̄ moꝛtale ſi ꝓrūpit in
6o vocē: qꝛ ꝗ facit ꝯ pceptū peccat moꝛtalit̃. Itē ꝗ dr̃a
eſt inter iſta/ iudiciū/ cōſiliū/ ⁊ gehēnā ignis/ ⁊ iraſci/
⁊ racha/ ⁊ fatue: cū eñ homicidiū maius ſit oībꝫ his
videt̃ homicida aliꝗd peiꝰ mereri ꝗꝫ gehēnā ignis: ⁊
hoc eſſe nō pōt: qꝛ gehēna nihil peiꝰ eſt in penis. Pꝫ
ꝗſtiūcula. ꝗd eſt qḋ dicit mgr̄ ꝙ hic ſm ſenſum quē ſpūales ha
bebāt ꝓhibet̃ volūtas occidēdi: videt̃ eñ ꝙ lex natu
ralis ſemꝑ ꝓhibuit illū quo ad oēs: maiꝰ eñ eſt car-
naliū illo pcepto: Nō concupiſces rē ꝓximi tui: ergo
multomagis intelligit̃ etiā illud ꝓhibuiſſe volūtatē
occidēdi: ſi aūt hoc cōcedit̃ tūc videt̃ ꝙ nulla facta ſit
Solᵒ ſuꝑadditio in nouo teſtamēto. Solᵒ dōm ꝙ ī ve-
ritate in euāgelio nihil ponit̃ niſi qḋ tenet̃ in lege: et
hoc intelligēdo de moꝛalibꝫ: ſed ex mala obſeruatōe
carnalis ppl'i nō intelligebat ꝓhibere niſi ꝙ lex pu-
niebat: ⁊ ideo interꝑtando addidit dñs in euāgelio:
⁊ etiā qꝛ gratiā dedit implēdi que in lege nō fereba
tur: ⁊ de hͦ aliꝗ neceſſaria notata ſunt in pncipio ꝗr-
Ad primū ti. Ad primū aūt qḋ ꝗrit̃ vtrū in eodē iudicio ſit re
⁊ ſecūdū us ꝗ iraſcit̃ quo qui occidit: dōm ꝙ eodē in genere li
cet nō eodē in ſpē: intelligit ei deꝰ ſm glo. ſuꝑ Mat.
de ira cui cōſentit̃ in nocumētū ꝓximi vel moꝛtē que
licet coꝛde teneat̃: tm̄ puniet̃ eterna dānatōe: ſꝫ quia
in maiꝰ nō ꝓceſſit: iō iudicio cōdēnatiōis ⁊ diſcuſſio-
nis reū ꝓpalauit vt iuſta videret̃ oībꝫ tm̄ maiꝰ in ſpe
Ad tertiū ⁊ cie videt̃ homicida. Ad aliud dōm ꝙ eſt ira per ze-
quartū. lū ⁊ ira per vitiū. ꝑ zelū fit ſtudio coꝛrectionis: ⁊ illa
nō eſt pctm̄. per vitiū aūt eſt qñqꝫ ī primo motu: cui
nō cōſentit̃: ⁊ illa eſt veniale pctm̄: ſed illa qua ꝯſen-
titur in nocumētū intolerabile ꝓximi: ſicut moꝛtem
vel mutilationē vel dānū eſt moꝛtale: ⁊ de illa loqui
tur dñs: ⁊ illa etiā hic directe ꝓhibet̃. Primꝰ autē
motꝰ indirecte cadit ſub pcepto: ⁊ per hͦ idē patet ſo-
tio ad ſequēs: qꝛ eadē eſt diffinitio de motu indigna
Ad quintū tiōis que eſt de moꝛte. Ad aliud dōm ꝙ ſm gloſā
gradus ſunt in culpa. ſ. ira ꝑ ꝯſenſum in coꝛde: ⁊ ira
ꝓrumpēs in ſignū indignatiōis: ⁊ ira ꝓrūpēs in ver-
bū impꝛoperij ⁊ nocumētū ꝓximi: ⁊ pma impoꝛtat̃
ꝑ iraſci: ſecūda ꝑ racha ꝗ eſt interiectio indignantis
ſm grecos: licet in hebꝛeo ſonat vacuū vl' excerebāt.
tertia aūt impoꝛtat̃ ꝑ fatue: per iudiciū aūt ⁊ gehēnā
⁊ cōſiliū ſignant̃ expꝛimūt̃ (vt dicit glo. ibidē) gradꝰ
in eterna dānatiōe: nō ꝗdē eꝗles ſed ineꝗlitas eoꝛū
intelligit̃ ex mō cōdēnatiōis: qꝛ qui iudicat̃ puniet̃
quidē. Sed querit̃ adhuc qua pena dignꝰ ſit ⁊ quā
ta: qui aūt reꝰ eſt cōſilio ſcit̃ quidē qua pena: ſed ꝗrit̃
quāta debeat infligi: ſed ꝗ reus eſt gehēne hic iā ha-
bet pene ſpēm ⁊ pene quātitatē: nō ꝙ hec fiūt in iudi
cio dñi: ſꝫ potius humano mō demōſtrāt drām pec
catoꝝ ⁊ penaꝝ. Ad vltimū dōm ꝙ licet vox impꝛo- Ad ſextū.
perij puniat̃ gehēnna tm̄ dr̄e ſunt in penis illis ꝗ cer
te ex ſpē ſt̃ ⁊ ex taxatōe ꝗntitatis: qꝛ maioꝛ adhuc in
gehēna pena debet̃ hōicidio ꝗꝫ impꝛoperio. Ad illḋ ad ꝗſtiūclā
qḋ vlteriꝰ querit̃ de lege ꝗ ꝓhibet volūtatē dōm ꝙ
quo ad carnales repugnatiōes ſpm̄ nō ꝓhibebat ni
ſi volūtatē ꝑ ſignū in actū ꝓcedentē: vt ſi ꝗs cōmina
ret̃ vel agitaret cū cui iraſcebat̃: ſed ſm eos ſi in coꝛ-
de vl' in mēte indignatōis irā habuit cui cōſenſit de
bitā legē de hoc mō curare nō qꝛ hoc veꝝ eſſet qḋ di
cebat ſm ꝙ intellectū veꝝ legis repellebat: ſemꝑ eñ
in lege naturali ⁊ animꝰ aut opꝰ malū ꝓhibebat̃ ⁊ hͦ
intēdit dicere mgr̄. Si aūt querit̃ quē ſpūalē itelle
ctū tūc expſſit addendo: dōm ꝙ eſt ſpūalis intellectꝰ
in pcepto moꝛali ꝗntū ad mouēs ⁊ quātū ad id qḋ p
cipit̃. quātū ad mouēs ſicut in iſto pcepto ꝙ homici-
diū actꝰ ⁊ volūtatis ꝓpter deū dimittat̃ ⁊ ꝓpter dile
ctionē dei. Quātū aūt ad id qḋ pcipit̃ nihil fuit de
ſpū in moꝛalibꝫ in nouo teſtamēto ꝗꝫ in veteri: ſꝫ am
pliꝰ fuit explanata ⁊ determinata in nouo ꝗꝫ veteri.

## Arti. X. K
## An in hoc mādato: Nō mechaberis ꝓhibetur ſimplex foꝛnicatio: aut tm̄ adulterium aut omnia alia peccata.

Einde querit̃ de hoc qḋ dicit [Tertiū ē: Nō Arguit̃ pᵒ
D mechaberis]. ſ. b. Cū mechia ſit idē qḋ adul
teriū ⁊ in grauioꝛi nō intelligit̃ minꝰ graue. 2o
videt̃ ꝙ ī mechia nō ꝓhibeat̃ foꝛnicatio ſimplex. Pꝫ
Mat. v. ſuꝑ illud: Ego autē dico vobis ꝙ ꝗ viderit
mulierē ad cōcupiſcēdā iā mechatꝰ eſt eā in coꝛde ſuo
dicit glo. qꝛ ibi oīs libido carnalis qua foꝛnicatur a
deo aīa ꝓhiberi intelligit̃: ergo videt̃ cum in oī pctō
aīa foꝛnicet̃ a deo ꝙ in iſto mādato oē pctm̄ ꝓhibea 3o
tur: ⁊ ſic oīa alia mādata ſuꝑfluūt. Pꝫ cū duplex ſit
foꝛnicatio vel adulteriū ſicut duplex homicidiū vo-
luntatis ⁊ oꝑis: quare nō dicit magr̄ hic ꝓhiberi foꝛ
nicationē ſpūalē ⁊ coꝛpoꝛalē ſicut dixit ḋ homicidio. 4o
Itē cū ſint quedā ī hoc actu magis enoꝛmia vt ſo-
domia vel incubitꝰ vel ſuccubitus iumēti quare no
mine illoꝝ dicit ꝓhiberi illicitū cōcubitū ex quo per Solᵒ
magis ⁊ minꝰ etiā intelligat̃ ꝓhiberi. Solᵒ dicē
dū ad primū ⁊ vltimū ſimul ꝙ ꝓhibitio ſecūde tabu ad primū.
le oꝛdinat ad abſtinendū a nocumētis ꝓximi: ⁊ quia
alijs actibꝫ nō ledebat̃ ꝓximꝰ niſi adulterio ꝓpter hͦ
hūc ſolū expꝛeſſit in foꝛma pcepti: ⁊ alios intellexit:
qꝛ ſunt eiuſdē finis. ſ. carnalis voluptatis/ licet non Ad ſecūdū.
ſint eiuſdē reatus in ſpē. Ad aliud dōm ꝙ glo. il-
la intelligit̃ aut moꝛaliter in foꝛnicatōe ſpūali: ⁊ tūc
nihil eſt ad ꝓpoſitū: qꝛ pcepta accipiunt̃ ſm ſenſum
litteralē. aut intelligit̃ de voluptate que eſt in carne
⁊ hoc gule vel luxurie ⁊ vno mō illoꝝ ꝓhibet̃ hic ſic

Ad tertiū. ſuperiꝰ explanatū eſt. Ad aliud dōm ꝙ voluntas
fornicādi ſpāle habet mādatū:ſed nō volūtas occidē
di:⁊ huiꝰ rō ſupra expedita eſt:⁊ ideo nō ita extendi-
tur generaliter iſtud mandatū:ſicut illud de occidē
Ad quartū dis. Ad vltimū patet ſol'o per antedicta.ſiue enim
cū muliere ſit ſiue preter ordinē nature intelligiť hic
tamen prohiberi.

Arti. XI. L

## Quid vocať rapina in ꝓpoſito.

Einde queriť de hoc qd̄ dicit [Quartū eſt:
D Nō furtū facies ⁊c̄.].ſ̄.c. Ibi eñ ſicut dicit
mgr̄ ꝓhibeť rapina. Et queriť quid vocatur:
rapina eñ ſonat violētiā:ergo non videtur eſſe rapi-
na: cū fiūt exactiōes ⁊ tallie principū in ppl'o terre.
Solutio ad totū Itē pedagia ⁊ thelonia qd̄ tñ in pluribꝫ nō eſt veꝝ.
Sed ad hoc reſpōdēdū eſt ſub diſtinctiōe/aut tal
lia eſt ſuper ſeruos/aut ſuꝑ colonos terre principis.
ſi ſuper ſeruos cū ſeruꝰ nihil habet niſi noīe dñi ſui
qd̄ accipit ab eo dñs:pt quis peccare nimis angari-
ando ⁊ opprimēdo ſeruū: qꝛ intereſt qualiť quiſqꝫ ſua
re vtať:tñ nō puto ꝙ ſit rapina vel teneať ad reſtitu
tionē.ſi aūt accipit de colonis terre ſue ⁊ inhabitan-
tibus tūc taxāda eſt acceptatio ſm laborē principis/
quē habet in defenſiōe terre:⁊ ſm expēſas quas ne-
ceſſe eſt facere ſm principis familiā ⁊ honeſtatē bo-
na fide:⁊ ſi vltra hoc exigat rapīa eſt:⁊ hoc eſt qd̄ di-
cit Johānes baptiſta militibꝫ: Cōtenti eſtote ſtipen
diis veſtris. de theloniis ⁊ d̄ pedagiis dōm ꝙ illa in-
ſtituta ſunt de cōſenſu terre ad pacificādū vias: ⁊ iō
ſm laborē ⁊ expenſas que habet in pacificatiōe illa
pñt accipi:⁊ qd̄ vltra accipiť eſt rapina.

Arti. XII. M

## An ſacrilegiū ſit ſpāle peccatū vl' dicat ſolū circūſtantiā peccati.

Einde queriť de hoc qd̄ dic̄ [Sacrilegiū eñ
D nō videť dicere pctm̄ ſpāle ſed peccati circun
Arguiť p° ſtātiā.ſ̄.d.] Furari eī ⁊ furari ī loco ſacro nō
differūt niſi per circūſtātiā loci:ergo videť ꝙ ſicut in
multis caſibꝫ furti in ſpāli nihil tāgit qd̄ ſil'iter de ſa
2° crilegio ī ſpāli nihil tāgere d̄beat. Itē ſacrilegiū dr̄
cōmitti tribꝫ modis:vt habeť ī littera ⁊ videť deeſſe
quartꝰ modꝰ.ſ.qñ res nō ſacra tolliť ſacris ꝑſonis:
3° vt qñ accipiunť bona monachoꝝ vel clericoꝝ. Itē
ſacrilegiū videť eſſe qd̄ diuino cultui eſt mancipatū
cū ergo bona eccleſiaꝝ ſunt data ad diuinū cultū vi
dentur ſpoliātes agros eccleſiaꝝ ſacrilegiū cōmitte
Queſtiūcula ſecūda. re qd̄ nō cōcediť. Itē q̄riť aliq̄s rapit in eccleſia vio
lenter ⁊ aliq̄s furať in ea vtrū vterqꝫ cōmittat ſacri-
Arguiť p° legiū. Videť ꝙ nō:qꝛ rapiēs excōicatus eſt admi-
ꝯ qſtiūculā nus ſentētia hoīs.ſ.cōſecrātis eccleſiā ⁊ ꝓferētis ſen
tentiā in oēs loci illiꝰ inuaſores:q̄uis nō ſit excōica-
tus ſentētia canonū.ille aūt qui furať nō eſt excōica
tus ſentētia hoīs nec canonis vt dicūt iuriſperiti:er
go videť ꝙ nō ſit excōicatꝰ:qꝛ nō eſt rō q̄re vnꝰ ſit ex
cōicatus ⁊ nō aliꝰ:niſi ſacrilegiū. Actꝰ eñ qui eſt cō-
tractio rei aliene inuito dño nō habet annexā excōi-
Rō ꝯ cationē alienā qd̄ ſi cōcedať. Cōtra videť rō qd̄ ī lr̄a
habeť:ſ.ꝙ tollit ſacꝝ de ſacro ⁊ nō ſacrū de ſacro:er-
Solo. go cōmittit ſacrilegiū vt videť. Sol'o dōm ꝙ ſa-
crilegiū in hoc caſu vel rapina facit ſpāle pctm̄ rōne
loci:⁊ ideo alia ſpēs eſt ſicut etiā violatio monialis
Ad primū. alia ſpēs peccati eſt q̄ fornicatio. Ad id qd̄ contra
obiiciť dōm ꝙ qñqꝫ circūſtantia habet vim ſpēi ſiue
forme cōſtitute:⁊ tūc facit aliā ſpēm:⁊ hec circūſtan-
tia precipua eſt qñ fit ad iniuriā alicuiꝰ ſanctitatꝫ ec-
cleſie:qꝛ tūc rōne nocumēti qd̄ cōiūctū eſt circūſtan-
tia trahit in aliud genꝰ peccati. Ad aliud dōm ꝙ Ad ſecūdū.
nō eſt ſacrilegiū qñ capiunť res nō ſacre perſonarū
deo dicataꝝ:ſed maiꝰ eſt peccatū q̄ ſimplex rapina
qꝛ nō fit per hoc leſio alicuiꝰ ſanctitatis:qꝛ ſanctitas
eſt in loco vel perſona ⁊ neutꝝ in tali cōtingit furto
vl' rapina. Ad aliud dōm ꝙ mācipatū diuino cul Ad tertiū
tui aliquid eſt dupliciť.ſ.qd̄ ꝯſecratū eſt ad actū cul
tus:⁊ hoc diciť ꝓprie mācipatū cultui: vt calix ⁊ pa-
tena ⁊ lapides eccl'ie ⁊ hmōi:⁊ hec nō poſſunt ad ali-
os vſus deputari q̄diu manet forma in qua cōſecra
ta ſunt:⁊ ſic ſunt loca deputata cultui vt cimiteriū ⁊
dormitoriū:⁊ iō in talibꝫ cōmittiť ſacrilegiū ꝑ leſiōꝫ
Alio mō diciť quid mācipari cultui ꝑ hoc ꝙ ordina-
tū eſt in ſuſtentationē miniſtrantiū in cultu ſicut bo-
na eccleſiaꝝ:⁊ ī talibꝫ nō lediť ſacꝝ niſi per accidēs
⁊ iō auferre talia nō eſt ſacrilegiū. Ad aliud dōm Ad q̄ſtiūculam cū obiectis.
ꝙ meo iudicio vterqꝫ cōmittit ſacrilegiū /eo ꝙ lediť
locꝰ:ſꝫ ꝙ raptor excōicať hoc eſt ꝓpter temerariū au
ſum quē nō habet qui occulte venit ad furādū.

Arti. XIII. N

## De definitionibus vſure: ⁊ nota multas q̄ſtiūculas de vſura vtiles.

Einde queriť de hoc qd̄ dicit hic [Vſura etiā
D ꝓhibeť].ſ̄.e. Et queruntť hic breuiter tria de Definitiones vſure.
vſura.ſ.quid ſit ⁊ vtrū in vſura trāſferať do-
miniū:⁊ vtrū peccet dās vſurā ſicut accipiēs. Ad Prima.
primū ſic ꝓcediť: diffinit mgr̄ in lr̄a vſurā ſic: Vſu-
ra eſt cū quis plus exigit in pecunia vel qualibet re
q̄ accipiať in ſorte. Glo. aūt ſuꝑ Lucā.17.⁊ Mat.
15. videť dare duas diffinitiōes:quaꝝ prima eſt hec
Vſura eſt mutuū ex vitio ex pacto debitū vl' exactū. 2a
Alia eſt: Vſura eſt ſuꝑabūdantia que vltra ſortē ac- 3a
cipitur:⁊ ſunt he diffinitiōes in glo. per ſentētiā non
per verba. Videť aūt ꝙ ſm has diffinitiōes nō vi- Arguiť p°
detur vſura eſſe furtū vel pars furti:qꝛ furtū nec ex
actū eſt/nec ex pacto debitū. Itē nec fur dat aliq̄d 2°
ꝓ ſorte:ergo videť ꝙ male dicat magiſter ꝙ ſub fur-
to cōtineť. Itē per differētias cōſtituētes videnť 3°
eſſe cōtraria vſura ⁊ furtū:q̄a furtū eſt cōtractio rei
inuito dño:vſura aūt accipiť dño volente ⁊ cōſentiē
te:ergo videť ꝙ vnū nō cōtineať ſub alio. Itē q̄ri Queſtiūcula prima.
tur q̄d facit vſurā aut volūtas accipiēdi vltra ſortē
aut ſpes aut pactū. Si volūtas tūc multi erūt vſu- Arguiť p°
rarii qui nunq̄ aliquid accepērūt p̄ter ſortē ⁊ loqui ꝙ nō volūtas.
mur de vſura oꝑis nō voluntatis. Si aūt ſpes facit
vſurā tūc negociator videť vſurariꝰ: qꝛ ſperat acci- Ꝯ nō ſpes
pere vltra ſortem. Si dicas nō eſt ſil'e qꝛ negociator Sol'o
dat pecuniā:ſed vſurarius mutuat:hoc nihil eſt:q̄a Obiectio
mutuare nec eſt bonū/nec malū in ſe: ſed poteſt fieri
bene vel male: vnde tota ratio mali eſt penes illd̄ qd̄
eſt ibi preter actū mutui:⁊ hoc eſt idem in vſurario ⁊
negociatore:ergo ſi facit peccatū in vno facit etiā pec
catū in alio. Si autē pactū facit vſurā:hoc erit con ꝙ nō pactū
tra diffinitionē:quia ſuper illud mutuū date nihil
inde ſperantes:dicit glo.ꝙ vſura eſt ſpes lucri pre-
ter ſortem:⁊ non dicit pactū. Itē quid facit vſurā Arguiť 2°
eſſe peccatū/aut enim ſm ſe eſt peccatū/aut prohibi- principaliť
tio facit eā eſſe peccatū aut leſio ꝓximi.ſi ſm ſe eſt pec Ꝯ ñ ſm ſe
catū:ergo nunq̄ licuit alicui accipere ab aliquo vſu-
ras/nec eñ vnq̄ alicui cū aliqua licuit fornicari:⁊ h̄
falſum videť:quia ita legiť Deuť.22. Nō fenerabe
ris fratri tuo pecuniā vel q̄libet rem ad vſurā:ſed
alieno. Item Ambroſiꝰ: Ab eo vſurā accipias cui 3°

merito nocere deſideras.multi aũt ſũt q̃b9 poſſum⁹
nocere:ğ multi ſunt a q̃b9 poſſum⁹ vſuras accipere:
ꝙ nõ ꝓhibi ğ nõ eſt malũ ſm ſe. Si aũt ꝓhibitio facit ipm pec-
tio catũ:ğ an̄ ꝓhibitionẽ nõ fuit pctm̄:⁊ ſic in lege natu
4º rali poterãt dare ad vſurã. Ꝑ.ſi ꝓhibitio facit eam
eſſe peccatũ/tũc etiã ɔceſſio faceret eã eſſe licitã: ⁊ ſic
ꝙ non leſio poſtq̃ȝ in Deut.23.cõceſſa eſt licita eſſet. Si aũt le-
ꝓximi. ſio ꝓximi facit eã eſſe peccatũ/ tũc nõ om̄is vſura eſt
pctm̄ nec ſemꝑ:q2 q̃dam vſure non ledũt ſed multũ
iuuãt ꝓximũ:ğ videt̃ ꝙ nullo mõ vſura ſit peccatũ.
5º Itẽ humanũ ius deriuat̃ a diuino ⁊ naturali iure
ſed humanũ ius/vt q̃dam leges concedũt vſuras:ğ
videt̃ ꝙ nõ ſũt illicite etiã ſm legẽ diuinã ⁊ natura-
6º lẽ. Itẽ occidere eſt maius peccatũ q̃ȝ dare vſurã: et
tñ in caſu bñ fit ⁊ cõcedit̃:ğ vſura in caſu ꝓ vtilitate
7º cõcedi põt. Item ɔcedere domos ⁊ vaſa aurea ⁊ ar
gentea ꝓ pecunia in lucro vltra ſortẽ nõ eſt peccatũ.
cũ ergo cõceſſio pecunie nõ differat a talib9 cõceſſio
nib9 niſi materialit̃ ſolũ/ videt̃ etiã ꝙ cõcedere pecu
8º niã ꝓ ſpe lucri nõ eſt peccatũ. Itẽ creditor efficit̃ de
bitor ei q̃ dat mutuũ ad ſeruitia mutua. ſi em̄ aliq̃s
mihi bñ facit rõ naturalis dictat ꝙ ego etiã obligor
ei ad bñfaciendũ ſi poſſum.om̄is aũt obligatio quã
dictat rõ naturalis deduci põt in pactũ:ğ ille q̃ dat
mutuũ vt accipiat aliq̃d vltra ſortẽ põt deducere in
pactũ vt ille obliget̃ ei in aliquo vltra ſortẽ/ hoc aũt
q̃ſtiũcl'a 2ª. eſt vſura:ğ vſura nõ eſt pctm̄. Itẽ q̃rit̃ vlteri9 ſi li-
cet tale pactũ facere/ego do tibi mutuũ vt aliq̃d vl-
Arḡ pº ꝙ ſic. tra ſortẽ des pauperib9/videt̃ ꝙ ſic:q2 dare paupe-
rib9 ẽ elemoſyna ⁊ bñfacere:ſed cõſtat ꝙ alios ad ele
moſynã ⁊ ad bñfaciẽdũ quibuſcũq̃ȝ modis debem9
i ɔ̃riũ arg. ꝓuocare:ergo tale pactũ põt fieri. Cõtra hoc eſt qđ
q̃ſtiũcl'a 3ª. dicit dñs:Mutuũ date nihil indeſperantes. Itẽ
quero ſi tale pactũ vel ſpes poſſit haberi/ego do tibi
mutuũ vt rependas mihi vicẽ in dando mutuũ alia
Arg. ꝙ ſic. vice qñ indiguero/ videt̃ ꝙ ſic:q2 ille tenet̃ ad h̃ etiã
ſine mutuo qđ facio ei ꝙ comodet mihi ſi p̃t:ğ bñ poſ
ſum ad hoc eũ beneficio mutui obligare/ vt videtur
In ɔ̃riũ pº Sed cõtra iterũ videt̃ qđ dicit dñs: Date mutuũ
q̃ſtiũcl'a 4ª nihil inde ſperantes. Itẽ difficile eſt ſpem bonorũ
vel donoꝝ ꝓ bñficiis a corde remouere:ponam9 er-
go ꝙ aliq̃s det mutuũ alicui nihil deducens in pa-
ctũ ⁊ nihil recipiẽs vltra ſortẽ niſi ille offerat ſponte
⁊ ille q̃ dat mutuũ cum p̄ſciret aliq̃d oblaturũ/ vtrũ
Arg.p̄mo ſit talis vſurarius? videt̃ ꝙ ſic:q2 ſperat aliq̃d vltra
ꝙ ſic ſortẽ ⁊ vſura eſt ſpes lucri vltra ſortẽ:ğ eſt vſurari9
ꝓpter mutuũ.cõtra ſi nõ fieret tñ mutuũ daret vl' de
diſſet:ğ videt̃ ꝙ ſit ſimplex donũ: hoc aũt accipe nõ
Sol'o. eſt peccatũ:ğ tal' nõ eſt vſurari9. Sol'o dõm abſq̃ȝ
dubio ꝙ vſura mortale peccatũ eſt ⁊ fuit ſemꝑ in na
turali lege ⁊ ſcripta ⁊ nũq̃ȝ licuit nec licebit dare ad
Ad primũ vſuras. Ad primũ aũt dõm ꝙ vſura eſt pars furti
⁊ rapine ꝑ hoc ꝙ eſt rapina vel furtũ ſm aliq̃d. ra-
ptor em̄ vel fur tangit aliq̃d alienũ inuito dño.i.nõ
volentẽ abſoluta voluntate. vſurari9 aũt cõtrectat
alienũ nõ volẽte dño/volũtate tñ cõditionata volẽ-
te/nec ille q̃ dat vſuras bñ vellet reddere id qđ eſt vl
tra ſortẽ:mauult em̄ accipere h̃ q̃ȝ nõ habere mutuũ
ergo indiget/⁊ ita nõ eſt volũtari9 niſi cõditionata
Ad 2m volũtate. Ad aliud dõm ꝙ patet ſolutio ꝑ idem:q2
dare aliq̃d ꝓ ſorte nõ facit aliq̃d eſſe peccatũ vl' vſu-
ram/ſed poti9 cõtingere id qđ eſt vltra ſortem inui-
Ad 3m to dño.i.non volente voluntate abſoluta. Ad aliđ
dõm ꝙ differẽtie cõſtituẽtes cõueniũt/ ſicut inuit9
ſimplicit̃ ⁊ inuit9 ſm ſimplicit̃/ ⁊ voluntari9 ſm q̃d
In furto em̄ cõtingit̃ alienũ eius q̃ eſt inuit9 cõmu
ni mõ:ſed in vſura cõtingit̃ alienũ eius q̃ eſt inuit9
ſimplicit̃ ⁊ volũtari9 ſm q̃d. Ad aliud dõm ꝙ ſpes Ad.q.p̄mã
accipiendi vltra ſortẽ ꝓ mutuo facit vſurã. Ad ob- Ad illđ qđ
iectũ aũt in ɔ̃riũ dõm ꝙ negociator nõ ſperat ꝓ mu- obĳcit̃ đ ſpe
tuo:⁊ iõ nihil valet obiectio:nõ ei eſt ſil'e de negocia-
tione ⁊ mutuo:q2 negociatio nõ eſt de gratis facien
dis de iure naturali ⁊ diuino/ſed mutuũ eſt de gra
tis fiendis de iure naturali ⁊ diuino. Ad aliud di- Ad 2m
cendũ ꝙ vſura eſt ſm ſe peccatũ ⁊ ſemꝑ fuit peccatũ. p̄ncipale
Ad id qđ cõtra obĳcit̃ dõm ꝙ illa lex ĩtelligit̃ ſicut ad id qđ ob
lex de libello repudĳ ſi vxor dimittat̃/ſȝ ꝙ dimitte- ĳcit̃ ꝙ non
ret̃ erat ꝑmiſſum/⁊ ꝙ dimiſſa poſſet aliũ ducere per ſm ſe.
miſſum fuit ꝓpt̃ duriciã cordis iudeoꝝ:ita p̄ceptuȝ
fuit ꝙ ad vſurã nõ daret̃ mutuũ/ꝑmiſſum aũt ſi da-
ret̃ alieno. Sũt tñ q̃ dicunt ꝙ lex in tali caſu loquit̃
ſcȝ qñ alieni detinẽt nobis terras debitas/ſicut cha
nanei fecerũt terrã filioꝝ iſrael:⁊ ideo vſurando cuȝ
illis nõ receperũt alienũ/ſed ꝓpriũ qđ eis ſorte debe
bat̃:⁊ dicunt ꝙ ita poſſet facere paganis/tñ q2 ma-
lũ exemplũ eſſet reputo primã ſolutionẽ eſſe meliorẽ
Ab om̄i em̄ ſpe mali abſtinendũ eſt. Dicũt etiã ꝙ ali
qua ꝑſona ab alia q̃ habet ꝑ violentiã oppreſſionem
vel alia acceptione illicita aliq̃d de ſuo poſſet vſura
re eadem de cauſa. ſed vt mihi videt̃ nõ eſt dandũ cõ
ſiliũ:q2 ſine ſcãdalo fieri nõ poſſet vñ mag̃ cõſentio
ꝙ furto poſſet ab eo recuperare q̃ȝ vſuraria acceptõe
Ad aliud dõm ꝙ Amb. loquit̃ ꝑ ypotheſim impoſſi Ad 3m
bilis:q2 impoſſibile eſt ꝙ alicui nocere poſſum9 de- p̄ncipale
ſiderare:ğ ĩpoſſibile eſt ꝙ ab aliquo accipiam9 vſu-
ras. Ad id aũt qđ ɔ̃ obĳcit̃ dõm ꝙ nulli iniuriat̃ q̃ ad id qđ ob
vtit̃ iure ſuo. vñ nõ eſt idem nocere/ ⁊ iure ſuo vti. ĳcit̃ đ leſiõe
Iure aũt nr̃o vtendo grauant̃ bñ aliq̃ ſȝ nos nõ gra
uam9 eos/ſȝ ius cõtrariat̃ iniurie eoꝝ. Ad aliđ di Ad 5m
cendũ ꝙ imperator nõ intromittit ſe niſi de his de q̃
bus habet iudicare iudex tꝑalis.hec aũt ſunt q̃ perti
nent reipublice ſm bonũ ſtatũ tẽꝑis nõ eternitatis.
dare aũt ad vſurã multũ cõfert ad bonũ ſtatũ tꝑalẽ
illum:⁊ iõ imperator ꝑmittit ⁊ reges ſil'r.ſed eccl'ia-
ſticus iudex iudicat ſm bonũ ſtatũ eternitat̃:⁊ ideo
ɔdemnat.hinc etiã patet quare eccleſiaſtic9 iudex de
pena vſurarĳ/ſecularis aũt de pena fur̃ iudicat pe-
nã infligẽdo lȝ vſura ſit furtũ ſm q̃d:q2 fur ledit bo-
nũ ſtatũ tꝑalẽ quẽ in caſu iuuat vſurari9.ſed corrũ-
pit vſurari9 bonũ ſtatum ſpiritualẽ in obſequio cha
ritatis. Sunt tñ qui hoc aliter ſoluunt dicentes il
las leges reuocatas eſſe ꝑ hoc ꝙ imperator ꝑ omnia
conſentit quattuor cõciliĳs in quib9 vſure cõdemna-
te ſunt. Ad aliud dõm ꝙ illud argumentũ nõ va Ad 6m.
let:⁊ eſt inſtãtia:q2 etiã fornicatõ ẽ min9 pctm̄ q̃ȝ ho
micidiũ:tñ nõ p̃t ɔcedi:⁊ h̃ eſt iõ:q2 qñq̃ȝ min9 malũ
inſeꝑabil'r cõiũctũ eſt malo fini:⁊ iõ mai9 p̃t fieri bo-
no fine ⁊ nõ min9.ſȝ valeret ſi cõcederet̃ mai9 pctm̄
in eo ꝙ mai9 pctm̄:hoc ãt nõ eſt veꝝ ſȝ poti9 acri9 pu
nit̃ q̃ȝ min9. Ad aliđ dõm ꝙ nõ eſt ſil'e:q2 ĩ locatõe Ad 7m
domoꝝ ⁊ vaſoꝝ eſt vẽditio q̃dã vtilitatis ad tp̃s: et
hec vtilitas ẽ det̃miata ſic̃ inhitatio dom9 vel vſus
rei ɔceſſe:ſȝ ĩ pecunia nõ ẽ ſic: ſȝ ſolũ mutuũ ⁊ vendi-
tio mutui/ qđ gratis eſt faciendũ ex charitate ꝓximi
Alĳ aũt alit̃ ſoluũt hoc:q2 in locatiõe taliũ rerũ ali-
quid deperit in re ꝑ vſum vaſorũ ⁊ inhabitatõnẽ do
moꝝ: in pecunia aũt mutuata nõ:ſed prima ſolutio
melior eſt:q2 h̃ qđ dicit ſcđa non gñal'r nccario verũ

eſt. Sȝ q̄ opinant̄ ꝙ in vſura tranſit dominiū alit̄ ſoluūt dicentes ꝙ nō eſt ſil'e: q2 in locatiōe domoꝝ vel aliaꝝ rerū nō transfert̄ dominiū: ⁊ iō pōt domi nus illoꝝ vendere vſum ad temp⁹/ ſȝ in mutuo trāſ fert̄ dominiū: hoc eīm ſonat mutuū: q̄ſi de meo facio tuū: ⁊ iō vſum vendere non pōt cū tñ ſit ſua res quā mutuat. ⁊ hec oībꝰ ſolutiōibꝰ ꝓbabilioꝛ videt̄ mi/ hi. ſȝ tñ infra de hoc erit diſputatō ſi trāſferat̄ domi

Ad 8m niū vl' nō. Ad aliud dōm ꝙ creditoꝛ debitoꝛ efficit̄ ex rōne charitatis/ tñ hec ipa obligatio nō pōt dedu ci in pactū eo ꝙ cōtrariat̄ mutuo q̄ ad grām ꝓpt̄ quā eſt faciendū: quia gratis eſt faciendū ob dilectionē ꝓximi. argumentū aūt ꝓcedit de illis obligatiōibꝰ

ad q̄ſtiūcl'a que cōtractui vel actui in q̄ fiūt nō cōtrariant̄. Ad

2am ⁊ 3am. aliud dōm ꝙ tale pactū nō pōt fieri/ eo ꝙ grē mutui cōtrariat̄. Et eſt inſtantia ad argumentū/ cōferre p̄ bendā bonū eſt/ ⁊ dare aliq̄d pauperi eſt bonū: ḡ bo nū eſt pauperi dare vt cōferat̄ p̄benda. in oībꝰ eīm talibꝰ in quibꝰ cōiūctio vni⁹ cū altero euacuat gra tiā alteri⁹ tenet diuiſio/ ſed ſi cōiunctim inferat̄ nō valet foꝛma argumētatiōis eo ꝙ nō eſt neceſſe cōiū/ gere q̄cunq3 diuiſim ſunt vera. Per hoc p3 ſol'o ad

ad. q. 4am ſequēs: q2 de ſilibꝰ eſt ſimile iudiciū. Ad vltimū di/ cendū ꝙ talia dona bñ poſſunt recipi ſine pctō/ ⁊ be/ ne reputo ingratū q̄ ſe ꝓximo a q̄ mutuū vl' obſequi

Ad obiectū um accepit ad mutua ſeruitia nō offert. Ad id q̄d ī

in cōtrariū obijcit̄ dōm ꝙ nō eſt tibi ſpes ꝓpt̄ mutuū ſȝ q̄ſi ex do no: ⁊ iō nō facis vſurā. Et eſt notandū ꝙ vt iuriſpe/ riti diſtinguūt duplices ſunt vſure. ſ. ille q̄ accipiūt̄ vltra ſoꝛtē/ ⁊ ille faciūt vſurariū: ⁊ ſunt vſure vſura rū q̄s q̄ accipit ipa actiōe infamis eſt.

Arti. XIIII **An in vſura transferat̄ dominiū.**

Q S Ecundo querit̄ vtrū in vſura transferat̄ do

Arguit̄ pº miniū. Et obijciūt legiſte volētes ꝓbare ꝙ ſic iſto mō/ mutuū ſonat q̄d de meo fit tuū: ḡ et i

2º am in eo q̄d dat̄ ꝓpt̄ mutuū transfert̄ dominiū. Itē ille q̄ dat vſuras eſt dñs ſuaꝝ rerū: ḡ poteſt dare cui voluerit/ ſȝ ipſe dat vſurario: ḡ transfert eas in do minū vſurarij.

3º Itē eſto ꝙ fiat talis cōtractus mu tui ego mutuabo tibi pecuniā/ ⁊ ſi dederis mihi tan tū vltra ſoꝛtē libera volūtate/ ⁊ ille admittat hāc foꝛ mā/ cōſtat ꝙ tunc dat ei: ḡ transfert̄ dominiū vt vi/ det̄ in ptātem vſurarij: ḡ in vſura trāſfert̄ dominiū.

In ꝯriū pº Sȝ cōtra/ q̄libet de ſuo pōt facere elemoſynā licet nō ſacrificiū ad altare: de ſcoꝛto eīm pōt fieri el'yna/ licet nō ſacrificiū ad altare: vſurari⁹ aūt de vſur' nō pōt el'ynam facere: ḡ vſura nō eſt ſua: ḡ nō eſt in eius tranſlatū dñiū. Probatio medie: Eccl'i. 34. Imolā

2º tis ex iniquo maculata eſt hoſtia. Itē vſurari⁹ te/ net̄ reddere vſuras/ aut tenet̄ ex hoc q̄d eſt ſuū/ aut q̄d nō eſt ſuū ſȝ apud eū depoſitū/ ſȝ q2 eſt ſuū: ḡ om/ nia ſua reddere tenet̄ q̄d falſum eſt: ḡ relinquit̄ ꝙ iō

3º tenet̄ q2 nō eſt ſuū: ḡ nō eſt trāſlatū in eū dñiū. Itē lex dicit ꝙ nō dicit̄ eſſe ſuū q̄d nō diu pōt ī poſſeſſio ne ꝑmanere: vſura aūt nō diu ꝑmanet apud vſura/

4º riū: ḡ nō dicit̄ eſſe ſuū: ḡ nō eſt tranſlatū dñiū. Itē a ſili ſi quis habeat feudū inuito dño cui⁹ eſt ꝓprie/ tas feudi nō pōt transferri in ptātem alteri⁹/ ſȝ dās vſuras oīa h3 a dño deo in feudū: ḡ inuito dño non p̄t trāſferre in ptātem vſurarij. Cōſtat aūt ꝙ inuito deo facit q̄d faciendū eſſe ꝓhibuit: ipe tñ dixit/ Mu tuū date nihil inde ſperantes: ḡ nō pōt tranſferre in

Solutio poteſtatē vſurarij. Sol'o dōm ꝙ hic ſunt opiniōes magroꝝ diuerſe: legiſte eīm dicunt ꝙ in vſura tranſ/ fert̄ dominiū: ⁊ ꝙ hec eſt rō quare imperatoꝛ ꝑmiſit vſuras et ⁊ q2 leges nō ſine rōne condite ſunt habēt ꝓ ſe rōnes inductas ſupꝛa. Et rñdēt ad cōtrarias di Ad pmū'

centes ad pꝛimā ꝙ nō eſt vera ꝙ q̄libet de ſuo pōt fa q̄d ē ī ꝯriū

cere el'ynam: q2 eſt ſuū materialit̄: quoddā eīm eſt ſu/ et 2m um licite acq̄ſitū: ⁊ quoddā illicite acq̄ſitū/ ⁊ quod/ dam ſuū turpit̄ acq̄ſitū. De pꝛimo pōt fieri el'yna et ſacrificiū ad altare. De tertio el'yna ⁊ non ſacrificiū. De medio nec el'yna nec ſacrificiū: q2 ex rōne ⁊ ex oꝛ dine charitatis tenet̄ reddere quod male acquiſiuit

Alij dicunt ad aliud ꝙ ille tenet̄ reddere ex iure ca/ nonis/ ⁊ hoc ē ius poli ⁊ nō foꝛi: ⁊ iō etiā iudex eccle/ ſiaſtic⁹ cōpellit eū ⁊ nō ſecularis/ ⁊ nō ideo ꝙ apud hoīes nō ſit ſuū. Ad aliud dōm ꝙ illa lex loquit̄ in Ad 3m

terpꝛtatiue ⁊ nō ſm veritatē q2 q̄ſi nō ſuū eſt q̄d ex ca nonis auctoꝛitate reddere tenet̄ ⁊ cōpellit̄ ⁊ nō diu Ad 4m

ꝑmanet in dominio. Ad vltimū dicūt ꝙ nō eſt ſil'e ꝙ deus bñ ꝑmittat multa q̄ ꝓhibet: ⁊ hoc non facit dñs terren⁹: vñ ꝑmiſſione diuina iſta fit tranſlatio: ⁊ hec reſpōſio oībꝰ ꝓbabilioꝛ videt̄ mihi. Sūt ta/ mē doctoꝛes ſacre ſcripture ⁊ decretoꝝ cōtrarie opi nionis. ⁊ reſpondēt ad rōnes ꝓ alia opinione indu/ ctas dicentes ad oēs vnā ſolutionē ꝙ ille nō hab3 abſolutā volūtatē dandi ſȝ tm̄ cōditionatā: vñ ꝓ ab ſolutā remanet ipe poſſeſſoꝛ rerū ſuaꝝ licet nō poſſ3 agere corā iudice ſeculari. q2 ipe actiōi ſue renūciauit Vñ ſicut aliq̄s detent⁹ cogat̄ iurare vt det ſc3 cen/ tum tenet̄ q̄dem dare ꝓpter reuerentiā ſacramenti/ ſed tamē voluntas manet ad rehabendū q̄d dedit ꝑ auctoꝛitatē canonis: ita dicūt eſſe in eo qui dat vſu/ ras ꝙ dat vt habeat mutuū non ꝙ velit: q2 ille ſim/ pliciter habeat dominiū.

**An dare vſuras ſit peccatū ſicuti accipere.** Arti. XV

T Ertio querit̄ ſi dare vſuras ſit pctm̄ ſicut ac P

cipere/ videt̄ ꝙ ſic: q2 ſi null⁹ eēt dās nec eēt Arg. pmo.

accipiens. ḡ dans eſt cauſa moꝛtalis pcti ac ꝙ ſic.

cipienti: q̄ aūt cauſa eſt moꝛtalis peccati peccat moꝛ/ talit̄: ḡ dans vſurā peccat moꝛtalit̄. Itē Math. 8 2º

⁊ Luce. 19. dicit̄ in glo. ꝙ ſalua triplici vitate debe/ mus vitare ſcādalū pcipue actuū ne dem⁹ alicui oc/ caſionē peccādi moꝛtalit̄. Cōſtat aūt ꝙ dās vſuras ſalua triplici veritate ſc3 vite/ doctrine ⁊ iudicij pōt nō dare: ḡ dando peccat ſcādaliȝādo ꝓximū ad moꝛ tale peccatū: ḡ nō ſunt dande. Si foꝛte dicat̄ ꝙ non ſunt dande niſi in neceſſitate/ videt̄ ꝙ nihil ſit: quia hec neceſſitas nō poteſt eſſe niſi coꝛpalis/ ⁊ quilibet tenet̄ plus diligere animā ꝓximi q̄ coꝛp⁹ ꝓpꝛiū: er/ go potius deberet perire in coꝛpe q̄ dare ꝓximo oc caſionē peccādi moꝛtalit̄. Itē ego quero quāta ne/ Queſti. p'.

ceſſitas exigat̄ ad hoc ꝙ det̄ vſura: videt̄ enim ꝙ an Arg. pmo

te deberet vendere oīa ſua q̄ ad hunc modū adiutoꝛ rij cōuerteret̄ qui alij eſt cauſa peccandi moꝛtalit̄: er go nō licet niſi poſt omnē venditionē. Sȝ tunc nul 2º in ꝯriū

lus daret ei mutuū: quia nō eſſet ſpes reſtitutōnis: ergo tenet̄ oīa ante vendere q̄ det vſurā. P. que q̄ſtiūcl'a 2a.

rit̄ de ſacerdote q̄ docet ꝙ nō detur vſura/ vtrū ipſe poſſet dare/ videt̄ ꝙ nō: q2 nō debet facere ꝯtra hoc q̄d docet. Sȝ cōtra ipe ſacerdos indigentiā habet Ar in ꝯriū.

ſicut alius: ergo poteſt cōtrahere mutuū ad vſuraȝ. Solutio dicendū ꝙ in neceſſitate pōt dari ad vſu/ Sol'o

ram ſȝ abſq3 neceſſitate peccatū eſt ⁊ vt puto graue ⁊ moꝛtale/ ſicut iurare licitū eſt in caſu ⁊ abſq3 neceſſi/ tate peccatum. Ad id autē quod obijcit̄ dicendū Ad pmū

ad pꝛimū ꝙ accipiēs ⁊ dans nō ſimiliter ſe habēt ad

ſcandalū vel cauſam peccandi: qꝛ dans vſuras gra/
tis poſtulat qđ ille ex p̄cepto dn̄i tenet̄ impendere. ſ.
mutuo. ſꝫ qꝛ ille nō facit qđ de iure dn̄i facere tenet̄
iō dat vſurā q̄ſi redimens vexationē ſuā ⁊ q̄ſi emēs
illū ad hoc vt faciat qđ de iure gratis facere deberet
⁊ ille nō ſcandalizat licet ille ſcandalizet̄ ſicut etiā iu/
dei ſcandalizati ſunt licet nō dn̄s ſcandalizaret eos.
Ad 2m ⁊ ꝑ hoc etiā pʒ ſol'o ad ſequēs. Ad aliđ dđm ꝙ pe/
tens mutuū in nullo impedit ſalutē ꝓximi/ſed poti/
us petendo mutuū ꝓuocat eū ad meritoria opa. ⁊ ꝙ
vſura dat̄ hoc eſt extortū ab impietate vſurarꝭ nō ex
Ad.q.p̄mā cauſalitate dant̄. Ad aliud dđm eſt ꝙ ad illā q̄ſtio/
nē nihil de meo volo reſpondere: qꝛ mihi videt̄ diffi
cile determinare q̄nta neceſſitas req̄rit̄/ſꝫ q̄libet ſa/
tiſfaciat ſibi ſm ꝙ dn̄s inſpirauerit ⁊ recurrat ad ſu/
periores cui⁹ eſt ponderare iura ⁊ interp̄tari. Sūt
tn̄ q̄ dicūt ꝙ timor ꝓbabil' ꝙ deperea aliq̄s in here
ditate q̄ gubernat familiā ⁊ hereditat filios vel pa/
Ad.q.2am ſcit pauperes ſufficit ad hoc vt det vſuras. Ad vlti
mū dđm ꝙ idē iudiciū eſt de ſacerdote ⁊ de alijs: qꝛ
ſacerdos nō btificat illū eo ꝙ dat vſuras ſꝫ poti⁹ cō/
demnat ſi dat eas inuit⁹ nō pōt alit̄ benefacere ſm
bonū ſtatū dom⁹ ſue ⁊ ſue familie.

Arti. XVI An licuit filijs iſrael ſpoliare egyptios.

Q Ꝺinde querit̄ de hoc qđ ip̄e dicit ibi: [Si vo
d q̄rit̄ de filijs iſrael. ſ. f. cū em̄ ſit de lege natu
rali nō rapinam vel furtū facere/ videt̄ dn̄s
hoc nō debere mutare: ſed de hoc erit infra q̄ſtio ſup
Sol'o vltimā diſtinctionē de iure naturali. Hic aūt dicē
dū eſt ꝙ hec cā fuit: qꝛ ab egyptijs ſpoliati fuerūt fi/
lij iſrl' ⁊ laborē eoꝝ grat̄ habuerūt: ⁊ iō iudicatū eſt
a dn̄o qui habuit p̄tātem vt h̄ mō recōpenſaret̄.

## De triplici genere mendacij.

DI. XXXVIII. De diſtinctiōe p̄ceptorū reſpectu obliq̄tatū eiſdē oppoſitarū ⁊ agit p̄mo de mēdacō.

Quintum preceptū ē
q Non loquaris contra ꝓximū tuū
falſum teſtimoniū: vbi crimen mē
dacij et periurij ꝓhibet̄. Solet aū
tē queri: vtrū ꝓhibitū ſit omne mendacium
Quidā dicunt illud tm̄ ꝓhiberi qđ obeſt et
nō prodeſt ei cui dicit̄. Tale em̄ nō ē aduer/
ſus ꝓximū: vt iō videat̄ hoc addidiſſe ſcri/
ptura. Sꝫ de mendacio magna queſtio eſt q̄
a nec cito explicari poteſt. Sciendū tamē tria
eſſe genera mendacioꝝ. Sūt em̄ mēdacia q̄/
dam ꝓ ſalute vel comodo alicui⁹ nō malicia
ſed benignitate dicta: q̄liter obſtetrices mē/
tite ſunt ⁊ raab. Eſt ⁊ aliud mendacij genus
qđ fit ioco qđ nō fallit. Scit em̄ cui dicit̄ cau/
ſa ioci dici: ⁊ hec duo genera mendacioꝝ nō
b ſunt ſine culpa: ſꝫ nō cū magna. Perfect' vo
Exo. I nō cōuenit mentiri nec etiā ꝓ t̄pali vita ali/
Joſue. II cui⁹ ne ꝓ corpe alteri⁹ animā ſuā occidāt. Li
cet aūt eis verū tacere ſed nō falſum dicere:
vt ſi q̄s nō vult hoīem ad mortē ꝓdere verū
taceat: ſed nō falſum dicat. Tertiū vero ge/
nus mēdacij ē qđ ex malignitate ⁊ duplicita
te ꝓcedit cunctis valde cauendū. His vide
tur innui mēdacia illa q̄ fiūt ioco vel ꝓ ſalu/
te alicui⁹ imꝑfectis eſſe venialia peccata: ꝑ/
fectis vo illud qđ ꝓ comodo alteri⁹ dicit̄ eē
damnabile: qđ etiā de mēdacio ioco ſo puta/
ri pōt p̄cipue ſi iteret̄. De mendacio aūt ob/ c
ſtetricū ⁊ raab ꝙ fuerit veiale Aug. tradit di
cēs: Forſitā ſic obſtetrices n̄ remūerate ſt̄: qꝛ
mētite ſt̄: ſꝫ qꝛ īfantes liberauer̄t: ⁊ ꝓpt̄ hāc
miſcđiam veniale fuit pctm̄: non tn̄ nullū: ſic
raab liberata eſt ꝓpter liberationē explora
toꝝ ꝓ q̄ fuit veniale pctm̄. Sꝫ ne putet q̄ſq
in ceteris pctis ſi ꝓpter liberationē hoīm fi/
ant ita poſſe cōcedi veniā. multa ei mala de
teſtanda talē ſequuūt̄ errorē. Poſſum⁹ ei et
furando alicui ꝓdeſſe: ſi pauꝑ cui dat̄ ſentit
comodū ⁊ diues cui tollit̄ nō ſentit incomo/
dū. Ita ⁊ adulterando poſſum⁹ ꝓdeſſe ſi ali
qua niſi ad hoc ei cōſentiat̄ appareat aman
do moritura ⁊ ſi vixerit penitēdo purganda
nec ideo pctm̄ graue negabit̄ tale adulteriū
Sciendū eſt etiā octo eſſe genera mendacij: d
vt Aug. in li. de mendacio tradit. Que dili/
genter notanda ſunt vt appareat qđ menda
ciū ſit veniale ⁊ qđ damnabile. Primū capi
tale eſt mēdaciū longeq̄ fugiendū qđ fit in
doctrina religiōis: ad qđ nulla cā q̄ſq̄ dꝫ ad
duci. Scđm qđ tale eſt vt nulli ꝓſit ſed obſit
alicui. Tertiū qđ ita ꝓdeſt alteri vt alteri ob
ſit. Quartū ſola mentiendi fallendiq̄ libidi
ne qđ maximū mendaciū eſt. Quintū qđ fit
placēdi cupiditate de ſuauiloquio. His om
nib⁹ euitatis ſequit̄ ſextū gen⁹ qđ ⁊ nulli ob/
eſt ⁊ ꝓdeſt alicui: vt ſi q̄s pecuniā alicui⁹ in/
iuſte eſſe tollendā ſciens vbi ſit neſcire ſe mē
tiat̄. Septimū qđ ⁊ nl'li obeſt ⁊ ꝓdeſt alicui
vt ſi quis nolens hoīem ad mortē queſitū ꝓ
dere mētiat̄. Octauū qđ nl'li obeſt ⁊ ad hoc
ꝓdeſt: vt ab immūdicia corꝑis aliquē tuea/
tur. In his aūt tanto min⁹ peccat quiſq̄ dū e
mentiat̄ q̄nto magis a primo recedit. Quiſq̄
vero aliquod genus eſſe mendacij qđ pecca
tū non ſit putauerit: decipit ſeip̄m turpiter:
cum honeſtū eſſe deceptorē alioꝝ arbitret̄.
Omne ergo genus mendacij ſummopere fu
ge: qꝛ omne mendaciū nō eſt a deo.

q Quintū p̄ceptū eſt: ne loquar̄ cōtra ꝓximū A
falſū teſtimoniū.] Sub hoc quīto p̄cepto
inducit mgr̄ duas diſtinctiōes: vnā de mē
dacio/alterā de ꝑiurio. Et iſta q̄ eſt de men
dacio diuidit̄ in tres ꝑtes/in quarū prima tāgit mē/
dacij diuiſionē. in ſcđa mēdacij ⁊ eius qđ eſt mentiri
diffinitōes ibi [Hic vidēdū q̄d ſit mēdaciū.] Inter
tia tangit quid eſt errare ⁊ adiūgit queſtionē de di/
cto iacob vtrum fuerit mendaciū vel non ibi [Et ſci
endum ꝙ in quibuſdam.

An mendaciū ſm ſe ſit peccatū. Arti. I

Ncidit aūt q̄ſtio circa ꝑmā ꝑtē in lr̄a. Si mē
i daciū ſm ſe ſit peccatū. ⁊ ſi ē pctm̄ vtrū ſm ſe
Arᷣ ꝙ ſic ꝑo ſit pctm̄ mortale vł veniale. Ad ꝑmū obijci
tur ſic: Dicit Augꝰ in li. cōtra mendaciū: Quiſquis
aliqđ genꝰ mēdacij eſſe qđ pctm̄ nō ſit putauerit de
cipit ſeipm̄ turpiť/ cū honeſtū eē deceptorē alioꝝ ar
bitraŧ: ḡ om̄e mendaciū eſt pctm̄. Itē Augꝰ ibidē/
2o
3o Mihi vr̄ om̄e mēdaciū eſſe pctm̄. Itē Augꝰ ibidē/
Om̄e mēdaciū iđ dđm ē pctm̄ eſſe: q̄ȝ id loqui dȝ hō
qđ animo gerit ſiue id veꝝ ſit ſiue puteŧ veꝝ ⁊ nō ſit: ḡ
4o om̄e mendaciū eſt pctm̄. Itē ꝓbaŧ ꝑ rōnē: om̄i eīm
homini credēdū eſt qm̄ bonꝰ eſt/ nulli mendaci credē
dū eſt: ḡ nullꝰ mentiēs bonꝰ eſt. ſed in creatura rōna
li q̄ nō eſt bonꝰ eſt malꝰ apud deū ⁊ nō niſi ꝑ menda
5o ciū: ḡ oē mendaciū eſt culpa apud deū: ḡ pctm̄. Itē
Rōes in ꝯ- augꝰ nō dicit ꝙ deꝰ fecit mendaciū. Sȝ cōtra hoc
riū prima obijciŧ ꝙ ſicut cōtingit intentionē ſcare ṽbo ita con
tingit facto/ ſicut dicit Anſel. vñ ipe dicit ꝙ eſt ṽitas
ſcationis ⁊ actiōis: ḡ cōtingit etiā mētiri facto. non
aūt oē mendaciū facti eſt peccatū: ḡ nec om̄e menda
ciū ṽbi peccatū eſſe videŧ. ꝓbaŧ autē media ꝑ hoc ꝙ
hoc habeŧ Joſue. 8. ꝙ ſimulauit fugā vt habitato
res vrbis in longiꝰ ꝓtraheret ab vrbe. ⁊ Luce vlť.
2a Dñs finxit ſe longiꝰ ire. Itē videŧ etiā ꝙ nec mēda
ciū verbi ſꝑ ſit pctm̄: q̄ȝ ſophiſte ⁊ doctores diſputā
tes ſepe fallūt ex intētiōe etiā doctores ſacre ſcriptu
re ⁊ in doctrina fidei/ ⁊ tñ nō dicunŧ peccare cū ꝓfe
runt ⁊ ꝓbare nitunŧ q̄ ſūt falſa ⁊ ſciūt eſſe falſa: ḡ nō
Solꝰo. om̄e mendaciū eſt pctm̄. Solꝰo dđm ꝙ oē mēdaciū
Ad rōnē ꝑ- eſt peccatū. Et ad h̄ qđ obijciŧ dđm ꝙ actꝰ tales ſm
mā q̄ eſt i cō Origeñ referendi ſunt ad ſignatū ꝑ intentionē faci
trariū. entiū: ⁊ ſic nō eſt peccatū: q̄ȝ nō fiūt ad decipiendū: ſi
cut etiā legiŧ methaphica q̄ ſm ꝑmū ſignificatū fal
ſa eſſet ſi ſm ipm̄ iudicareŧ/ ſed cū iudicaŧ ſm ſecūdū
ſic vera eſt/ ⁊ tales actꝰ veri ſunt referendi ad ſigna
tū. Et ita ſoluit Augꝰ in decretis in quodaȝ caplꝰo.
Mgr̄i aut dicūt ꝙ non eſt ſilꝛ de actu ⁊ de oꝑe ⁊ de
verbo: q̄ȝ actꝰ ſiue opus nō eſt nunciꝰ cordis imedia
tus/ ſȝ ad multa pōt referri: verbū aūt eſt imediatꝰ
nunciꝰ cordis: ⁊ iđ nō aliud debet eſſe in verbo q̄ȝ ſit
in corde: in oꝑe aūt aliud pōt eſſe: q̄ȝ ad nūciādū cor
Ad 2am nō eſt inſtitutū. Ad aliud dđm ꝙ doctores nō intē
dunt fallere/ ſed potiꝰ ꝑ exercitiū docere/ et ꝙ oſtēdit
mendacium hoc eſt vt cauere diſcaŧ nō vt approbeŧ
tanq̄ȝ verū: ⁊ ideo ipi nō mentiunŧ.

## Arti II B An mendaciū ſm ſe ſit mortale peccatū.

Ecūdo queriŧ vtrū mendaciū ſit mortale pec
ſ catū/ videŧ aūt ꝙ ſic. ſic eī dicit pſ̄. Perdes
Arᷣ ꝑo ꝙ ſic. om̄s q̄ loquunŧ mendaciū. nō aūt ꝑdiŧ hō ni
ſi ꝑ mortale pctm̄: ḡ om̄e mendaciū eſt mortale pec
2o catū. Itē os qđ mentiŧ occidit aniam/ ⁊ ania nō oc
cidiŧ niſi ꝑ mortale pctm̄: q̄ȝ nihil ſeparat vitā anie
ab ania niſi mortale: ḡ mendaciū eſt pctm̄ mortale.
3o Itē q̄cq̄d eſt ꝯtrariū virtuti ⁊ perimit virtutē ē mor
tale peccatū: mendaciū eſt cōtrariū virtuti ⁊ perem
ptiuū ṽtutis: ḡ eſt mortale pctm̄. ꝓbaŧ aūt prima ꝑ
hoc ꝙ veniale nō perimit ṽtutē in aia. Scđa aūt ꝑ
hoc ꝙ veritas ē virtꝰ q̄dā/ vt dicit Ariſt. in ſcđo ethi
4o coꝝ quā ſm Augꝰ perimit mendaciū. Itē om̄e pec
catū in ſpm̄ ſanctm̄ eſt mortale peccatū. ſȝ mendaciū
ꝓbatio ꝑmi eſt peccatū in ſpm̄ ſctm̄: ḡ eſt peccatū mortale. Pri
ma ꝓbaŧ ꝑ hoc qđ habeŧ in penul. diſtin. ſcđi li. vbi
diciŧ in ſpm̄ ſanctū eſt ceteris pctis grauiꝰ ⁊ abomi
nabiliꝰ. Scđa aūt ꝑ hoc ꝙ mendaciū impugnat ve Probatio
ritatē agnitā: q̄ȝ niſi cognoſceret veritatē nō diceret ſcđi.
mendaciū ſȝ falſum: ibidē autē diciŧ ꝙ impugnatio 5o
veritatꝭ agnite eſt peccatū in ſpm̄ ſanctū. Itē q̄ fa
cit cōtra cōſciam edificat ad gehennā: oīs mentiens
facit cōtra cōſciam: ḡ edificat ad gehennā. Pria ſup
poniŧ ex Aug. cuiꝰ auctās eſt. Scđa aūt ꝓbaŧ ꝑ h̄ ꝓbatio ſcđi
ꝙ nihil ſciŧ in cōſciētia niſi verū/ et huic directe ꝯriū
habet mentiri ⁊ mendaciū. Inde vlteriꝰ inferŧ: nihil
edificat ad gehēnā niſi mortale pctm̄: q̄ȝ veniale edi
ficat ad purgatoriū: ḡ mendaciū eſt mortale peccatū
Sȝ cōtra in lr̄a videŧ ꝙ mendaciū obſtetricū Exo Rō in ꝯriū
di. 1. ⁊ Raab meretricis Joſue. 2. ꝓpť pietatē fuit ve prima;
niale. ſi aūt ſm ſe eēt mortale ꝑ nullū adiūctū fieret
veniale: ḡ ſm ſe nō eſt mortale. Ꝓ. cōiter oēs dicūt 2a
ꝙ mendaciū officioſum nō eſt mortale: ⁊ qđ ab omni
bus dȝ aut in toto aut in ꝑte eſt verū: ḡ nō oē menda
ciū ſm ſe eſt mortale pctm̄. Solꝰo dđm ꝙ nō oē mē Solꝰo.
daciū ſm ſe eſt mortale pctm̄. Ad ꝑmū ḡ dđm ⁊ ſm Ad primū
mgr̄m in ſcđa ꝑte iſtiꝰ diſtinctiōis/ ille due auctātes et 2m.
primo inducte nō intelliguŧ de oī mendacio ſȝ ꝑni
cioſo tm̄. Et huiꝰ ſolutiōis cauſa eſt ꝙ cū mendaciū
ſit formaliť intentio fallendi ⁊ falſa vocis ſignifica
tio. Scđo mō materialꝛ vt infra patebit nō dȝ intē
tio fallendi ex equo de mēdacio ꝑnicioſo/ officioſo ⁊
iocoſo/ ſed ꝑ priꝰ ⁊ poſteriꝰ ⁊ intentio fallēdi ſm ſuā
intentionē. prima nō eſt niſi in mendacio ꝑnicioſo: ⁊
huiꝰ rō infra patebit. Et iđ ſolū ꝑnicioſū ſm ſe puto
eſſe mortale pctm̄: ⁊ ita dixerūt om̄s antiq̄ Prepoſi
tiuꝰ ⁊ Antiſidoreñ. ⁊ mgr̄i decretoꝝ licet rōnem di
cti ſui nō aſſignēt. Ad tertiū dđm ꝙ eſt veritas di Ad 3m
cti ⁊ veritas veridici ſiue veritas habitus ⁊ veritas
ſigni in dicto. mendaciū aūt ſm ſe nō cōtrariaŧ veri
tati habitus in mente ſicut nec primꝰ motꝰ in cōtinē
te cōtrariaŧ habitui caſtitatis in ania ſed veritati ſi
gni q̄ eſt in actu dicendi ſicut eſt primꝰ motꝰ in cōti
nente cōtrariaŧ actui caſtitatꝭ/ ⁊ a tali ꝯtrarietate ⁊ Ad 4m
ꝑemptiōe nō eſt mortale pctm̄ ſȝ veniale. Ad aliud
dicendū ꝙ mendaciū in ſe nō eſt pctm̄ in ſpm̄ ſanctū
q̄ȝ tūc omne pctm̄ eſſet pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄. aliqđ autē
pctm̄ eſt in pr̄em/ ſicut qđ comittiŧ timore vel libidi
ne vel cōpaſſione alteriꝰ damni vel pene. Quoddaȝ
aūt eſt in filiū ſic aūt diciŧ eo ꝙ nō reputo eſſe pecca
tū licet eīm tunc ſcienŧ dicat falſum: nō tñ dicit falſū
cū cōſcia magne quātitatꝭ pcti ſicut eſt: ⁊ tunc ꝓcedit
ex ignorātia mouente ad dicēdū. Ad id qđ obijciŧ Ad ꝓbatio
dđm ꝙ impugnatio veritatꝭ agnite q̄ eſt ſm pietatē nē ſcđi in q̄r
eſt pctm̄ in ſpm̄ ſanctū: ſed nō oē mēdaciū impugnat to argumēto
veritatē illam/ nec om̄e mendaciū impugnat ſm ve
ritatē animi: nec oē mēdaciū ipugnat ṽitatē dicti ex
malicia ſic̄ patet ex ꝑdictis. Ad vltimū dicendū ꝙ Ad 5m
mendaciū ſm ſe nō edificat ad gehēnā/ nec eſt ꝯtra
ꝯſcientiā: ſȝ preter ꝯſcientiā ſicut veniale ⁊ ponit ad
gehennam. Ad id qđ obijciŧ de veritate que ſciŧ di Ad ꝓbatio
ſtinguendū eſt vt ſupra: q̄ȝ veritas actus in dicto pe nē ſcđi i 5o
rimiŧ a mendacio: ⁊ illa ſciŧ ſciētia ſpeculatiua ⁊ nō argumēto.
practica: ⁊ cōtra hanc facere nō eſt mortale: ſed face
re contra cōſcientiā faciendi id eſt qđ ex precepto di
ctat cōſcientia eſſe faciendū/ ⁊ ſi fiat cōtrariū dictat
eſſe peccatū mortale illud eſt facere cōtra cōſciam di
recte ⁊ edificare ad gehennā.

## An mendaciū bñ diuidiŧ in libidinoſum: pernicioſum ⁊ officioſum. Arti. III C

Einde querit̄ de hoc qđ dicit ibi: [Sciendū tñ est tria genera mēdaciorꝫ ⁊c. ſ. a. Diuiſio
Arguit̄ p̄o D alicui⁹ debet dari penes ſpecificātia ipm̄ mē
daciū. mēdaciū aūt nō ponit̄ in ſpēm / vt vr̄ p̄ h̄ ꝙ eſt
ꝓ comodo cū nec falſa ſit ſignificatō nec intētio fallē
2o di: ḡ videt̄ ꝙ nō bene diuidit̄ penes hec tria. P̄. io-
cus ⁊ libido ſūt duo mouētia ad mentiēdū / ⁊ neutꝝ
cōtinet̄ ſub reliquo: ḡ videt̄ ꝙ quattuor ſūt genera.
3o Itē libido radix eſt oīm vitiorꝫ / vt dicit Aug. ḡ ip-
ſa nō ſeparat̄ a comodo mouente vl̄ malignāte / ⁊ ſic
4o nō debet facere ſpeciale gen⁹ mēdacij / vt videt̄. P̄.
videt̄ ꝙ tertiū gen⁹ qđ eſt ex malignāte ſit peccatū i
ſpm̄ ſctm̄: q2 ꝓcedit ex eo qđ cōtrariū eſt ſpūiſctō: id ē
bonitati ⁊ hoc eſt peccatū in ſpm̄ ſctm̄ vt determina-
tū eſt in penult̄. diſtin. ſcđi li. ḡ eſt pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄ /
Solutio vt videt̄. Solō dōm ꝙ iſta prima diuiſio mēdacij
ſumit̄ penes mouētia in generet: ⁊ h̄ eſt ex pte mouen
tis ⁊ cū ſint tria tm̄ mouētia ſūt tria tm̄ gñ̄a menda
ciorꝫ. Ex aūt tm̄ tria ſint ſic ptꝫ mouēs ad mentien-
dū aut eſt mēdaciū fm̄ ſe aut id ꝓpt̄ qđ fit. Si men-
daciū fm̄ ſe tūc eſt libidinoſū. ſi aūt eſt id ꝓpt̄ qđ fit /
aut h̄ eſt malū ⁊ tūc ꝓcedit ex malignitate / aut bonū
Ad p̄mū ⁊ tūc eſt officioſū. Ad primū ḡ dōm ꝙ illa obiectio
ꝓcedit qñ gen⁹ diuidit̄ in ſpēs. ſꝫ h̄ gen⁹ diuidit̄ fm̄
oēs act⁹ gñ̄is illi⁹ q̄s pt̄ h̄re ex pte mentient̄ mouē-
Ad 2m tes ad actū. Ad aliđ dōm ꝙ mgr̄ ponit in gñ̄e vno
libidinoſū ⁊ iocoſum: q2 libido ſola eſt in vtroq̄ mē
Ad 3m tiens eo ꝙ ioc⁹ nihil addit ad qđ libido accipiat cir-
cūſtātiā accuſatiōis vl̄ excuſatiōis. Ad aliud dōm
ꝙ libido habitual̄ indeterminata q̄ eſt habitual̄ pla-
centia boni cōmutabil̄ inordinata eſt radix / ſꝫ hic ac
cipit̄ libido actual̄ determinata ad actū mētiendi et
Ad 4m illa eſt ſpēalis cauſa mouens. prima aūt eſt in alijs
cauſis poſita ſicut radix oīs pcti. Ad aliud dōm
ꝙ nō oꝑtet ꝙ ſit in ſpm̄ ſctm̄ p̄ hoc ꝙ eſt ex malignita
te. Eſt em̄ malignitas duplex / q̄dā eſt mouēs ꝯ bo-
nitatē ad deſtruendā bonitatē ſpūſcti. ⁊ de tali ꝓce-
dit pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄. Quedā aūt ē malicia intēdēs
nocere primo: ⁊ ex hoc nō ſemꝑ eſt pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄
q2 nō ſola eſt mouens ſꝫ comodū ꝓpriū qñq̄ vl̄ aliq̄
cauſa odij. tñ nō cōtradico qn mendaciū ꝑniciōſū fre
quent̄ ſit pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄ / ſꝫ hoc nō hꝫ ex hoc ꝙ eſt
mendaciū vel ex hoc ꝙ eſt ꝑniciōſum / ſed ex cā ſpēali
ter mouente ꝯ bonitatē ſpūſancti in ſe vel in donis
ei⁹ in ea intentiōe qua dona manifeſtāt ipm̄. et de h̄
reqrat̄ q̄ſtio mota ſuꝑ penul. diſtin. ſcđi libri.

## Arti. IIII. An perfectis cōueniat mentiri.

D Einde qrit̄ de hoc qđ dicit ibi: [Perfect̄ nō
D cōuenit mentiri. ſ. b. Et qrit̄ vtrū perfectis
Arg. p̄mo. ſit mortale mentiri. videt̄ aūt ꝙ ſic: q2 in lr̄a
dicit ne ꝓ corpe aīam alteri⁹ occidāt. nō aūt occidit̄
aīa niſi p̄ pctm̄ mortale: ḡ pfectis eſt mortale pctm̄.
2o Itē pfect⁹ ꝓfeſſus eſt veritatē interi⁹ ⁊ exteri⁹ oſtē
dere: ḡ ſi inuenit̄ mētiri facit cōtra ſuā ꝓfeſſionē. fa-
cere aūt ꝯ ſuā ꝓfeſſionē ē mortale pctm̄: ḡ mētiri pfe
q̄ſtiūcula. ctis eſt mortale pctm̄. Itē qrit̄ ſi doctor veritat̄ vt
mgr̄ theologie ⁊ p̄dicator peccat mortalit̄ mētiendo
Ar p̄o ꝯ q̄ſti videt̄ ꝙ ſic: q2 directe facit cōtra doctrinā veritatis: ḡ
unculā. peccat mortalit̄ Itē facit ꝯ h̄ qđ dicit q̄ p̄dicat nō eē
2o mentiendū ⁊ mentit̄: ḡ peccat mortalit̄. Itē ad hoc
3o ſunt multe auctates Aug in li. ꝯ mendaciū: q2 dicit
ꝙ nō cōuenit mētiri pfect̄. nō pōt aūt eſſe cā iſta q̄re
ſpēalit̄ noīat eſſe pfectos / niſi q2 eis ē mortale pctm̄
Rō ꝯria p̄a ⁊ alijs veniale: ḡ vr̄ ꝙ pfect̄ ſit mortale pctm̄. Sꝫ
cōtra circūſtātia aggrauat pctm̄ in infinitū. religio-
ſum mētiri nō ponit niſi circūſtātiā ſuꝑ mendaciū: ḡ
nō aggrauat pctm̄ in infinitū / ſꝫ in infinitū aggra-
uaret ſi faceret mortale: ḡ nō facit mortale p̄ h̄ ꝙ mē-
tit̄ pfect⁹. Itē ſi ꝓpter ſtatū religiōis pfect⁹ peccat 2a
mortalit̄ in quo ali⁹ peccat venialit̄ / videt̄ ꝙ ex ſta-
tu pfectōis importet detrimentū: hoc aūt eſt incōue
niēs ḡ pfect⁹ mentiendo nō peccat mortalit̄. Solō Solō
dōm ꝙ mendatiū pfecto nō eſt pctm̄ mortale / ſi alij
eſt in eadē ſpecie veniale. Ad p̄mū dōm ꝙ Aug⁹ ſi Ad p̄mū
ne dubio loqt̄ de mendacio officioſo ſꝫ vocat pditōꝫ
aīe diſpoſitōꝫ ad pditionē ⁊ nō pditōꝫ realē. Alit̄ di
cunt aliq ꝙ aliq̄s ꝓ vita ꝓpria pōt mentiri ex dupli-
ci amore vite. ſ. q̄ ē pctm̄ mortali vl̄ veniali ⁊ ſilr̄ pōt
mentiri ꝓ aliena. Aug⁹ loquit̄ in caſu qñ aliq̄s men
tit̄ vl̄ mendaciū ꝓuenit ex amore mortali vite ꝓprie
vl̄ aliene. Sꝫ hoc nihil videt̄ eſſe cū dicat Greg. ꝙ
mendaciū officioſum in ipo actu cōiūctū eſt pietati.
ſi aūt pietas eſt cā mendacij nō ꝓcedit ex amore illi-
cito vite veniali vl̄ mortali. et iō p̄ma ſolutio verior
eſt. Ad aliđ dōm ꝙ peccare cōtra ꝓfeſſionē dr̄ du- Ad 2m
plicit̄. ſ. cōtra ſubam ꝓfeſſiōis ⁊ cōtra ſignū ꝓfeſſio-
nis. de ſuba ꝓfeſſiōis nō eſt niſi veritas vite in cōti-
nentia ⁊ obediētia ⁊ abrenūciatiōe ꝓprietatis: ⁊ con
tra hec peccare eſt mortale. vñ dicit Canon ꝙ mona
chus habēs obulū nō valet obulū. Sꝫ cōtra ſigna
facere cōtingit duplicit̄ / directe ⁊ h̄ nō fit niſi p̄ mor
tale / vl̄ indirecte ⁊ hoc nō fit niſi p̄ veniale mēdaciū
in illis: q2 nō ē ꝓfeſſus veritatē dictōis niſi in ſigno
habit⁹ q̄ ſignū eſt veritat̄. Ad aliđ dōm ꝙ idē iudi
ciū puto hndū de doctore ⁊ p̄dicatore ⁊ pfecto. Ad ad q̄ſtiūculā
id qđ obijcit̄ dōm ꝙ veritas ſigni vl̄ dicēdi nō eſt veri
tas doctrine ſꝫ poti⁹ veritas docendi / ⁊ ꝯ illā nō fa-
cit mētiens officioſe ſꝫ facit aliqđ p̄ter illā. Ad aliđ Ad 2m
dōm ꝙ p̄dicat ⁊ docet abſtinendū eſſe ab omi pecca et 3m
to mortali ⁊ veniali / ſed nō p̄dicat ꝙ ſit mortale ve-
nialit̄ peccare: ⁊ iō nō facit cōtra id qđ docet.

## An mendaciū obſtetricū fuit mortale vel veniale peccatum. Arti. V

Einde qrit̄ de h̄ ꝙ dicit [De mendacio aūt ob
D ſtetricū ⁊c. ſ. c. Videt̄ aūt ꝙ fuit veniale / q2 Arg. p̄mo.
hoc dicit Aug. in lr̄a. Itē officioſū fuit: ḡ mi 2o
nimū int̄ mēdacia: ḡ veīale. Itē obſtetrices nō fue- 3o
rūt in ſtatu pfectōis: ḡ poterat venialit̄ mētiri ⁊ p̄ci
pue i mēdacio officioſo: ḡ veīalit̄ peccauerūt. Itē ſi 4o
fuiſſet mortale īpediuiſſet meritū / ſꝫ nō īpediuit: q2
dic̄ Aug. ꝙ q2 timuerūt obſtetrices deū edificauit ill̄
domos ad lr̄am ditādo eas ⁊ ſubas dādo. Et Hie-
ro. ꝙ edificauit eis domos ſpūales: ḡ nō peccauert̄
mortalit̄ ſꝫ venialit̄ vt vr̄. Sꝫ ꝯ obijcit̄ p̄ Grego. q̄ Rō in ꝯriū
in glo. ibidē dic̄ ſic / Benignitat̄ eorꝫ merces q̄ i eter
na vita remūerare poſſet ꝓ culpa mēdacij i terrenā
cōpēſatiōnē cōmutata ē vt in vita ſua quā tueri mē-
tiēdo voluerāt pcipērent bona: ⁊ qđ vlteri⁹ expecta
rēt p̄miū nō haberēt: nihil āt cōmutat mercedē eter-
nā i tpalē niſi mortale pctm̄: ḡ vr̄ ꝙ mēdaciū eorꝫ fue
rit mortale pctm̄. Solō dōm ꝙ meo iudicio men- Solō
